sequelis diuertat sermo noster. ¶ Erit igitur
hec ꝯclusio. [illegible]
spirare et infundere habet vita grē q̄ baptis-
mus in spūsctō. Sic ipso deserente solum
mō perdit aīa vitā hmōi p̄habitā. dū p̄cepti-
ue legis sue p̄uaricatrix inuenit. ¶ Prīa po-
de se ꝯspicua ē et ante deducta in secūda le-
ctiōe. ¶ Scdam ptē suadem⁹ ex h̄ q̄ alius a
deo sicut nō habz ptātē infundere grāz / sic
nec eripe. Ipse preterea sol⁹ habz claues vite
et mortis eterne. q̄ apit et nēo claudit. claudit
et nemo apit. ¶ Ista vero ꝯcludūt q̄ sol⁹ pōt
dare p̄cepta affirmatiua aut negatiua sub
pena mortis eterne q̄ illā īfligere [illegible] pōt nul
lus [illegible] nullus reatu dānatiōis eterne
incurrit nisi p̄ q̄nto diuīe legis p̄ceptiue trās-
gressor extiterit. Ad h̄ ē autoritas augusti-
ni describētis peccatū actuale ꝯmissiōis. Pec-
catū inq̄t est dictū factū vel ꝯcupitū cōtra
legē dei eternā. Ad h̄ inducit illud aposto-
li. Stipendia peccati mors.

Corollariū primū.

¶ Nulla trāsgressio legis naturalis aut hu-
mane vt naturalis est vel humana. est de facto
peccatū mortale. Et appellam⁹ h̄ peccatū
mortale qd̄ pene eterne reatū opat̄ s̄m cursū
a deo iā institutū nō q̄ possit institui. Addi-
mus p̄terea. vt naturalis est vel hūana. q̄ ea-
dem lex tal̄ sepe ꝯmūicat cū diuīa. p3 corol-
lariū ex p̄missis. Et ex alijs. q̄ lex natural̄ et
humana vt tales sūt nō possunt attigere ad
cognitionē eternitatis in pena vel p̄mio. non
q̄ ferunt ad finē talē supnaturalē / et plusq̄
humanū. ¶ Rursus frustra darent leges cū
appositiōe penaꝝ q̄s legislatores infligere
nequirent. imo nec de eis in foro suo cogno-
scere. Alioq̄n poterit legislator oēs fere le-
ges suas sub pena q̄ntalibet possibili vel i-
possibili. quā absurditatem dicere q̄s aude-
ret. Sic est de q̄cūq̄ lege naturali vel hūa-
na. q̄ neq̄ natura neq̄ hoīes / plati vel p̄n-
cipes possent trāsgressores suaꝝ legum ple-
ctere pena dānatiōis eterne. nec de ea ad exa-
men suū p̄ testes aut aliter ꝯducere. ¶ Hac
ratiōe fulciunt se doctores nomīatim Durā-
dum ponētes p̄ceptū nō posse imponi p̄ p̄-
latos aut p̄ncipes sup actibus intrīsecis et
occultis. q̄ videlicz illos traducere nequirēt
ad forū iudicij sui. qd̄ nō nisi publicū est et
de manifestis. Itaq̄ sec⁹ agere velle eēt ho-
minū p̄priū officiū ignorātiū et frustra co-
nantiū. imo et diuinū iudiciū temeritate cul-
pabili dampnabiliter vsurpantiū. Ex h̄ ꝯseq̄n-
ter inferūt. q̄ actus ꝯfessiōis sacramentalis
nequit directe cadere sub p̄cepto eccl̄ie sz in-
directe dū iubz aliqd̄ ad quod digne exeq̄n-
dū requirit cōfessio de lege diuina. cuius mo-
di ē susceptio corporis xp̄i semel i anno. Idē
dicim⁹ de q̄libet actu interiori aut de exteri-
ori. qui taliter secret⁹ ē q̄ publicari licite non
pōt p̄ testimoniū duoꝝ aut triū. Iudices vero
q̄ de talibus secretis interrogare et cognoscere
[illegible] dicim⁹ [illegible] nihil
aliud de publicis actib⁹ accusat politiā suā
ledentib⁹. ex q̄bus ista secreta rōnabili et ve-
hementi p̄sūptiōe ꝯcludāt. sicut ē fama pub-
lica vita [illegible] nec si fas habeat iudicialiter
addicere supremo supplicio non conuictos
neq̄ confessos / diuino ad hoc obstante p̄-
cepto.

Corollariū secundū

H ¶ Nullus legislator ecclesiastic⁹ vel ciuil' habet directe autoritatē p̄ceptiuā sup istō vt interiori actu diligat' deus sup oīa. aut q̄ i eū speret vel credat/ p3 ex imediate p̄cedentibus. Et ex ꝯsequenti dicim⁹ q̄ quātūcūq̄ legislatores intēdant p suas leges suos subditos debere fieri meliores interi⁹ ꝛ sanctiores quo ad diuinū forū occultū. tales tamen intentōnes sine non cadunt sub eorum p̄cepto. Itaq̄ si fiant actus exteriores suorum iussoꝝ etiam cum puersissimis intentōibꝫ ꝛ finibꝫ occultis. nō erit ibi transgressio hūane legis vt hūana est s3 diuine. Et ita [illegible] mentis euagatōne et nulla attētōe. Si ieiunē in q̄dragesima tm̄mō vt sanior fiam. vel vt postmodū vorac⁹ ꝛ inde voluptuosius ꝯmedā. Si ferā tonsurā clericalē/aut vadā dn̄icis diebus ad ecc'iam auditū missā/p vana gl'ia aut fraude alia. Sic de alijs actibꝫ extrīsecis p̄ceptorū. ago q̄dem male apud deū peccās in leges suā. me tn̄ p trāsgressore humanoꝝ p̄ceptoꝝ nullus accusabit. Et hic accipiūt fundamētū dicētes q̄ in casibꝫ p̄missis nō teneret' aliq̄s horas iterare/sicut nec aliā missam audire. s3 sufficit de pctō in deū ꝯmisso ꝯteri ꝯfiteri ꝛ satisfacere ad arbitriū cōfessoris. Hec aūt sententia mitis ē p scrupulosis circa hūanoꝝ obs'uationē p̄ceptorū. q̄s iugiter inq̄etat conscientia de iterādo si id qd̄ faciūt nō s3 attente ꝛ deuote p̄ficiant.

Corollariū tertium

¶ Stat simul aliquē obs'uare p̄ceptū hūanum et tamē peccare mortaliter. sicut aliq̄s merēdo apud deū poterit humani p̄cepti violator accusari. P3 p̄mum in casibꝫ prioribus vbi fit actus p̄cepti hūani ad finē puersū. ¶ Patet scd̄m vbi aliq̄s habēs excusatōem sufficientē interi⁹ de qua tn̄ nō p̄t facere fidē exteri⁹ omittit aliq̄d de opibꝫ p̄ceptis p ecc'iam. queādmodū damnat' ab eccl'ia ille qui n̄ vult redire ad societatē mulieris quā ficte desposauit in facie ecclesie. ¶ Sed obijcit' p illud ap'li. deus est q̄ iustificat. quis est q̄ ꝯdēnet? Rn̄dem⁹ q̄ alio et alio respectu de⁹ ipe iustificat ꝛ ꝯdēnat. vel q̄ppe legislatores publicos de publicis tantūmodo sentētiare/et ad iudiciū suū occulta reseruari. ppterea idē opus sicut est occultū eccl'ie/ꝛ manifestū deo. sic aliter ꝛ alit' poterit iudicari. ¶ Sed iterū forti⁹ opponitur Nullū est iudiciū rectū nisi p q̄nto diuine legi ꝯformat'. quod est dictamē p̄me regule ꝛ recte ratōis. Quis autē dixerit diuinā legē falsam esse. aut q̄s dictamē recte rōis crediderit erroneū? Ut igit' q̄libet lex vera sit necesse ē. aut si falsa erit/lex nō erit. Est aūt falsa rō dū iudices errāt. vt q̄ petr⁹ quē supponim⁹ apud deū [illegible] demnād⁹. et q̄ petr⁹ sit ꝯpellēd⁹ reddere debitū nō vxori sue/q̄ existēs i charitate. et ex hinc de societate sctōꝝ sit excōmūicat⁹. Sēsit h̄ idē deuot⁹ Bernard⁹ i de p̄cepto ꝛ dispensatōe. q̄ simplicē oculū q̄ totū corp⁹ operationū lucidū fiat dicit optere rectū ꝛ verum esse. q2 nec veritas sine recta intentōne nec recta intētio sine v'itate sufficiunt. Alioq̄n nō inculpasset ap'ls q̄sdā q̄ habebāt zelū nō s'm [illegible] ctores martyꝝ/q̄ arbitrabant' se obsequiū p̄stare deo. ¶ Huic opposito i rn̄dentes ꝯcedim⁹ p regula q̄ nullū dictamē p̄ticulare p̄cticum q̄ imperat' actio ē rectū nisi simul i v'itate subsistat. Sed q̄m ex falsis v'ū sequitur verꝫ ꝯcedim⁹ multa esse iudicia practica vera q̄ ex falsis deducunt'. Exēpli grā. fiat hoc argumentū. omnis homicida patris ē suspendend⁹. petrus est homicida patris. ergo petr⁹ est suspēdend⁹. Maior est lex hūana vt supponit'. minor pbata est p falsos testes. qui tamē repelli nō possunt/vt etiā supponit'. et cōclusio sequēs est dictamē istud. petrus his stantibꝫ est suspendend⁹. quod [illegible] ignorantiā inuincibilē in eis que facti sunt aut iuris humani. ¶ Altera est responsio ꝛ forsā ratōnabilior/et magis ad intētionē beati Bernardi dicens minorē p̄cedentis syllogismi aut alteri⁹ similis nō esse istā. Petrus est homicida. sed istā Petrus pbat' homicida per testes incōuicibiles de falsitate. ꝛ hec vera esset apud eos sicut maior. Si igitur cōclusio vera sit taliū/nullus mirabitur. Uerū tamen hoc loco pro diuersitate opinionū de ignorantia si sit inuincibilis aliqua/aut si nulla/essent consequēter varietates respōsionū. Et quicq̄d sit de ignorātia facti aut iuris humani et naturalis positiui cōcors est sententia. Nullā in his que legis diuine [illegible] inuincibilē. quoniā facienti qd̄ in se est de⁹ semp assistit parat⁹ illustrare mentē q̄ntum oportebit ad salu[illegible] est ratio cur martyrizātes ap'los credēdo se

[illegible] ha-
buisse culpant. sicut nec illi quos apostolus arguit habere zelum nō sm sciam. ¶ Iuxta hec capit intellectus ad cognoscēdū/si fides [illegible] ad malum. Cōstat q nō imediate z sub falsi z mali rōe. Sz an mediate ↄsideret studiosius inquisitor. ¶ Ex incidēti dicim⁹ q null⁹ fidelis credit articulos d futuro ↄtingēti sic absolute qn sciat deū id posse nō facere. Deus ergo si p potētiā absolutā faceret nihil fore futurū nō videt ex hic assensus fideliū falsificari/q potētiā nō absolutā sz ordinatā iuxta legē datā intēdūt/quēadmodū false nō fuerūt assertōes Ione ad niniuitas/z esaie ad Ezechiā. nā subuersio ad demerita niniuitaꝝ/z mors Ezechie ad cursū nature cōmunis referebant. nō enī mīaꝫ dei ad correctos. z potētiā sup cursum nature hi pphe secludebāt. Ita nec catholicoꝝ fides excludit potētiā dei absolutā ad nō faciendū ea que fieri ordinata ei⁹ potētia stabiluit.

Corollariū quartū.

¶ [illegible] iunioꝝ ecclesiasticoꝝ/z gnālit oīm statutoꝝ z regulaꝝ z canonū nūq̄ ē mortale pctīn/ [illegible] nit. Et ita q̄tū lex aliq̄ hꝫ ad mixtū de lege diuina pceptiua/tātūdē z nō ampli⁹ ē eius trāsgressio mortalit viciosa. Quamobrē decernere de legib oīb manifestū est spectare pncipalit ad theologiā/velut ad sciaꝫ superiorē/z architectonicā. q̄tinus recta rō separet illud qđ iuris diuini ē in eis ab illo qđ [illegible] tissim⁹ secernat auꝝ ab argēto. z argētū a plūbo. Et qm multi hāc pcipuā artificem [illegible] nūt. q tn̄ de seipa dic legū cōditores p eā iuste decernere. iō turbatōes in politijs z pscientijs sepe oriri cōpertū ē. Idcirco p̄terea legislatores eccl'iasticī z ciuiles plerūq̄ sua ptate z autoritate noscūt abuti. pserti eccl'a [illegible] q̄cq̄d ordināt/q̄cq̄d monēt/q̄cq̄d pcipiūt/volūt p diuinis legib hrī. par eq̄le q̄ robur hrē. p intermīatiōꝫ dānatōis et'ne. Neq̄ tn̄ accusauerī oēs legislatores talit z talia loquētes. Presumo enī q ad rectā regulā z diuinā sapiāꝫ sermōes suos voluerīt glosari. iterptari. z recipi. q si nō h intēderūt [illegible] tē. sꝫ neq̄ ↄtra charitatē. Denīq̄ sūt ē talib vti pbis in suis institutōibꝫ/q̄ s vero neq̄ deuiēt/neq̄ simpliciorib z ignarī timores z scrupulos vanos īgerāt. q̄si videlꝫ ipsi ligēt vbi liberi sūt. tāq̄ p̄cea qui iugo pmāt [illegible]

Corollariū quintū.

¶ Ex h q aliq̄s peccaret mortalit trāsgrediendo ↄstitutōes aliq̄s hūanaꝝ traditonū nō sufficiēter ↄcludit q ille ↄstitutōes obligent ad mortale delictū. Declarabim⁹ istos argumētantes a sili vl' minori. Sit aliq̄s perit⁹ medic⁹ ordinatus p republica. dicat ille. Petre do tibi legē p tua sanitate. quā si trāsgressus fueris statim dissoluet corp⁹ tuum. qđ cā ↄsuādo ↄualescet. Nō bibas vinum purū hoc triduo. Null⁹ nescit q medicus vt medic⁹ caret facultate ↄdendi leges obligantes ad peccatū mortale. z tn̄ in casu trāsgressor hui⁹ legis sue damnatōeꝫ incurret. Ponerēt sile in materia de ebrietate aut furie piculo. Si medic⁹ denūciet ignorātibus. tale vinū ne biberitis. alioqn vel ī ebrietatē vl' furiā incidetis. qs nescit trāsgresso [illegible] dem. pp̄ter medici pceptū. q̄nis in casu sīi ita pcepisset nō peccassent excusante eos ignorātia. Sed q puaricatores sunt hoꝝ p [illegible] nolite vos occidere zc. Non pssus dissilē ē in pposito. q̄uis enī leges humane et ciuiles vt tales sunt/sunt solum pro ordinatōe politie humane ecclesiastice vel ciuilis in eis que corpus respiciūt. z ita solū merent punitōem tēporalē violatores earūdē. z obseruatores premio tempali donant. Nihilomin⁹ ex cōsequenti z mutua colligatōe ac mixtiōe quā ad leges diuias habēt īsultat crimen facies reos eterne dānatōis ipsos cōtēptores.

Corollariū sextum.

¶ Si aliqua lex humana canonica vl' ciuil nō possit concludi ex lege diuina nisi coassumendo ppositōeꝫ vel cōsequentiā legi di [illegible] est. An trāsgressio illius legis sit mortalis. [illegible] quis predatorū vellet hmōi legem aut diceret habere robur legis diuine sibi fas esset p theologos aut alios hoc ↄgnoscentes resistere in facie. et dicere q non recte ambulat ad veritatem euangelij. Ex quo amplius

videt nō esse secu₂ a forte [illegible] ꝛ cano
nes ꝛ [illegible] q̄ respuunt [illegible] ad
p̄ctm mortale [illegible] multos [illegible]
[illegible]
[illegible] impertinentes sunt [illegible]
[illegible]
[illegible]
solutōe materie/fm quā resolutiōꝫ oīa di
cta ꝛ dicēda volo itelligi. q̄ p̄cepta affirma
tiua dei/q̄uis obligēt ad sp nō tn̄ p sp. vt ē
[illegible]
q̄dā disiūctōne ad h̄ faciēdū vel illō p isto
vel alio tpe [illegible]
[illegible]abit. Sicut exēplī grā. Occurrētibꝫ du
obꝫ ī extrēa necessitate famis quoꝝ soli pos
sum succurrere. teneor succurrere isti vel illi
sub disiūctōne. et nō ambobꝫ sil'. Et qm̄iam
ī cōitate christianoꝝ pauci sūt q̄ scirēt iudi
care de tpe certo/q̄n p̄cepta affirmatiua fa
ciēda sunt. Propterea plati q̄ sapiētes sunt li
mitāt illa p̄cepta tanq̄ sub q̄dam disiūctōe
[illegible] ex
empli grā. Lex diuina vult vt aliq̄n cult' la
trie exterior deo psoluat. ne igit peccarēt ho
mines aut p ignorātiā/aut p desidiā ꝛ iad
uertentiā limitauit eccl'ia certū tps ꝛ certū
modū exeq̄ndi p̄ceptū istō. s. diē dn̄icū/ꝛ
cessationē ab opibꝫ ſuilibꝫ. ꝛ misse auditōꝫ
Quo adimpleto ipletū ē p̄ceptū illud affir
matiuū. q̄ si peccat q̄s mortalit' trāsgrediē
do limitatōem istā eccl'ie/hoc nō est, ppe ex
[illegible]
dicebat p ōmunitate. Etiā hō fit ōtēptor di
uini p̄cepti ꝛ suoꝝ supioꝝ qbꝫ spōte se sub
misit/aut sūmittere debuit p vtilitate sui et
cōmunitatis cui' est ps. Q̄uis adhuc in ta
libꝫ limitatiōibꝫ q̄dā adducunt magis ad
quādā decētiā q̄ p̄cepti necessitatē. Et nō
potest vniuersalit' dari regula nisi vt eq̄tas
q̄ a phō dr̄ epykeia iudicabit. vez ē eī illō
psal. Omnia mādata tua eq̄tas.

Corollariū septimū

Nulla lex appellāda ē neq₂ ferēda tāq̄ ne
cessaria ad salutē eternā [illegible]
uino ī aliq̄ quattuor [illegible]
exposuit. Oppositū sentiētes aut [illegible]
moliūt iugū iponere grauissimū sup ceruices
hoīm/ꝛ spargere laq̄os pedibꝫ eoꝝ lapides
ꝛ scādalū. Quāobrē theologia q̄ ē lex euan
gelica(dicā meli' ei' doctrix ꝛ explicatrix)
debꝫ in oībꝫ p̄cedere platos ecclīasticos in
suis ōstitutōibꝫ ꝛ decretis. ne vl' obsint p̄ce
ptis dei [illegible] multitudi[illegible]
improperiū christi factū pbari [illegible] vel ne
credant ligare ad penā eternā vbi pena ci
uilis sola requirit. Doctrinā hec p̄cipue lo
cum habꝫ in materia excōmunicatōnū late
sententie. Nā qui p solis incōmodis tpalibꝫ
euitādis/aut cōmodis politicis ōseruandis
eternā vult infligere mortē/cui q̄so similis
erit? Illi nimirū qui volēs abigere muscā
a fronte vicini/eā securi pcutiēs vicinū sto
lid' excerebrauit. Aut ei pare dixerim qui
studēs curatōez modici vulneris ī pede eq
sui. pedē cōfestim abrūpit ꝛ scidit/equūq₂
pemit. Sola itaq₂ ōtumacia vera vel pre
sumpta/renuēs stare iudicio eccl'ie. reddit
hominē p christiano se gerentē dignū excō
mūicatōe. Nā si parat' ē audire ecclīam. q̄
liter veluti ethnic' nobis erit ꝛ publican'?
Porro differt plimū q̄lis ē ōtumacia ꝛ q̄
dānosa eccl'ie. p q̄ materia ꝛ circa quā icur
rit. Nam peior est ōtumacia ī materia fidei
ꝛ religiōis q̄ pusille q̄stiōis de paucis de
nariis. vbi nūq̄ tātū pdest obediētia q̄ntū
obest excōmunicatio separans a spūalibꝫ
suffragiis ꝛ societate sanctoꝝ. Ita vt lōge
mitior sit pcessus q̄ fit in curiis secularibꝫ
p punitōnes corpales seu tēpales/q̄ vbi p
platū p̄scindi q̄ritur aīa a deo vita sua. ꝛ da
ri sathane in interitū. non solū carnis s₃ spi
ritus. ne iā saluus fiat ab alioꝝ auxiliis de
stitutus.

Corollariū octauū.

Occurrēte dubio pbabili ō aliq̄ lege vtꝝ
diuina sit aut diuie ōtraria [illegible] tan' ē
legē illā p diuina suscipe q̄ p hūana neglige
re. Tene certū (cōsulit Aug') et dimitte ī cer
tum. Est itaq₂ regula magistral'. q̄ expo
nēs se discrimī peccati mortal' peccat mor
taliter. ꝛ hāc fundat dictū sapiētis. Qui a
mat piculū pibit in illo. Nō tn̄ de oī dubio
sed pbabili ꝛ vehemēti hoc vez ē. Totā in
hoc loco materiam de ōsciā erronea/quō li
gat ꝛ quō nō. Et de pplexitate an sit possi
bilis/ꝛ de scrupulis quomō fugandi sunt
aut deponēdi tractare ptinēs eēt/nisi q̄ ali
um locū hūit ꝛ ad euentū festinamus. Hoc
[illegible] documētū credere [illegible] fa
ciliter sapiētioꝝ ꝛ bonoꝝ iudicio ꝛ contra
cōes eoꝝ snīas q̄ leuit' sibimet formare scru
pulos [illegible] timidos. [illegible] si nō [illegible]
bet sapiēs. Fili ne īnitaris prudentie tue. ꝛ
rursus. Nolī trāsgredi termios q̄s posuerūt

[illegible] Hoc precipue necessariũ est apud religiosos respectu superiorũ suorũ. hoc et apud [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Porro [illegible] obtenebrat/ et luminosa eius radiatio diuersis viciatur apparentijs per interpositiões nubilosarũ passionũ et prauorũ affectuũ etiã in litteratis. iuxta similitudinẽ solis visi per nubes. Sic per paucã instructiõez intellectus in sciẽtijs presertim diuinis/ causant nõnunquã errores in eis qui se totos deuotõi tradere crediderũt. dũ voluerũt plus sapere quã sibi satis erat. ¶ Ad presens corollariũ inducamus exẽplũ iã inductũ de medico. cuius ꝯsilio aliquãdo parere debemus sub pena peccati mortalis/ dũ ex trãsgressiõe sui ꝯsilij vel scimus/ vel probabiliter et vehemẽter credimus nos [illegible]

n Corollarium nonũ

¶ Saluberrimũ est sapiẽtis documẽtũ quod ait: Que tibi precipit deus illa cogita semper. et in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Etenim propter ignorãtiã [illegible] puacua occupatio circa traditões humanas aut curiosa inuestigatio rerũ penitus inutiliũ cõsurgũt ex ꝯsuetũ faciliter trãsgressiões diuine legis. quod si hoc dãnabile sit apud omnes quantã peccatorũ dãnatiõez sibimet accumulãt culpabiles in hoc vicio vel ecclesiastici rectores/ vel religionũ [illegible]. Miratus sum aliquãdo quod rõe ipsi eccli[illegible] medicine/ et nõ remouet se facto a studio traditõis humane. Nã corpus lõge melius est quã terrena substantia/ cui traditões iste deseruiũt. quod si per alios corpus potest curari/ nõne similiter per vicarios et alios de ecclesia ꝯtẽptibiles prout iubet apostolus possent temporalia ministrari. Nõne sanctius est ecclesiasticũ per se deo seruire et mũdo per vicariũ/ quã ordine ꝯuerso imo peruerso vicariũ ꝯstituere pro spũalibus/ seipsum negare deo/ et tradere totũ mũdo. Prorsus ita.

Corollariũ decimũ

¶ Veritates oẽs vniuersales super quibus fundat legislator hoĩm prãs/ sonãtes quod pare hĩc autoritatẽ traditões sue cũ lege diuina. et qui eas spernit/ deũ spernit et deo resistit/ necessario debẽt intelligi si et quãdo potẽtate sua nõ abutunt. et dũ legibus diuinis sufficiẽter innitũtur. Autoritates quoque sctõrũ et canões põtificũ sũ[illegible] absque nouo [illegible] ci/ nihil aliud possũt ꝯfirmare. ¶ Quãobrẽ dicimus quod regula/ quãtũ et quãliter licet dubitare de potestate alicuius propter defectũ debite electõnis sue/ aut abusũ sue autoritatis/ tãtũdẽ et taliter licet dubitare de obligatõe traditõnũ suarũ/ vt sue sunt precise. ¶ Addimus adhuc quod nulla traditio vel regula vel lex vel determinatio puri hoĩs qui in talibus fallere potest et falli/ obligat/ vt precise talis est/ subditos ad credẽdũ eã tãquã veritatẽ fidei/ aut diuinã legẽ. licet obligare possit sub pena politica/ ad exteriorẽ eius receptõem et ad nõ impugnãdũ eã. ¶ Exinde patet via ad inuestigãdũ particulariter quid operit determinatões [illegible] põtificũ [illegible] articulorũ parisius vel alibi facte. Poterit siquidẽ fieri vt absque peccato mortali/ imo cũ merito magno sit aliquis theologus vel alius prudens qui dissentiat corde ab humanis determinatõibus aut traditõibus/ qui tñ obligabit propter euitatõem scãdali vel aliter nõ repugnare exterius. Nam potest aliquarũ publicatio [illegible] ¶ Notamus [illegible] vigilanter modus loquẽdi noster de traditõibus hominũ vt taliũ precise sunt/ qui fallere in illis [illegible] in eis que fidei sunt ab hoc numero secludũtur. in quibus nec fallere potest nec falli. Fieri quoque potest vt determinatões aut leges humane participẽt cum diuinis [illegible] das nescit nemo. ¶ Sequitur deinceps quod sicut ad fidẽ ita ad legẽ diuinã [illegible] nõ possit [illegible] pus de fide vel lege diuina [illegible] hoc autoritatiue declaratũ/ aut humano precepto sancitũ.

Corolla. vndecimũ o

¶ Traditões ecclesiasticas et humanas sic ferũ[illegible] vm esset omnes per lege pure diuina suscipe. ita nihil in omnibus velle de diuinis legibus adijcere nequã scãdalosa temeritate vacaret. Secũda pars [illegible] sa. Ad primã partẽ inducamus id sapiẽtis. Noli esse nimis iustus/ quia qui nimis emũgit elicit sanguinẽ. Et vt terentianũ puerbiũ est. Nõnunquã summũ ius sũma iniusticia fit. et sic est in proposito plane docebimus. Nec audiat ego [illegible] xpus/ qui mãdatũ dei dixit pharisaeis

fuisse trāsgressos ꝓpter mādata hominuꝫ. Dixit insup eos alligare onera grauia et īportabilia ceruicibꝫ subditoꝝ. ⁊ claudere eis regnū celoꝝ. Uerꝫ est quippe illō Julij cesaris apud Salustiū. vbi intēderis ingeniū valet. a q̄ sententia vulgatus versus nō discordat Pluribꝫ intentus minor ē ad singula sensus Subdit. ꝓ simplices et timorati quū tot traditōibꝫ intendere ꝯpelluntᷣ a supioribus suis. q̄d mirū si minꝰ capaces reddūtᷣ diuinoꝝ p̄ceptoꝝ. q2 ⁊ minꝰ ī eisdē edocentᷣ. nū q̄d nō acerrimo supplicio aut acerbissima obiurgatōe punietᷣ q̄nq3 ꝓ puula inobedientia legis hūane/ ⁊ absq3 omni rephensione peccare q̄ndie ꝯtra legē dei enormitᷣ ꝑmittetur. Nō habemꝰ necesse exēplis īmorari crebriora cernimꝰ q̄3 vellemus. ¶Ex his elicio ꝓ doctoribꝫ theologicis doctrinā salubrē. ne sint faciles asserere actōes aliq̄s aut omissiōes esse pctā mortalia/ p̄sertim sub verbo vniuersali. ⁊ dū p̄dicandū erit ad populuꝫ. a līrato q̄dam ⁊ expto viro accepi ꝑniciosā esse in omni arte vl̄ doctrina assertōem au[illegible] ⁊ extremā. maxime vbi obſuatio cōis [illegible] obliuisci q̄3 incerta est scia nr̄a. ita vt idē sepe hō breui momēto tpis/ nūc ī hanc nūc ī oppositā feratᷣ sentētiā. Fit p̄terea q̄nq3 vt ꝑ tales assertōes publicas nimis duras ge[illegible] nequaq3 eruuntᷣ ho[illegible] luto pctoꝝ. sed in illud pfundiꝰ/ q2 desperatiꝰ imerguntᷣ. Uarie p̄terea suboriuntᷣ ⁊ q̄si infinite circūstantie. ꝓ quaꝝ diuersitate diuersificari debꝫ iudiciū/ ita vt vix possit aliq̄ in moribꝫ generalꝭ regula tradi/ q̄ in pticularibꝫ casibꝫ excep[illegible] Deniq3 gene[illegible] scrupuli inq̄etatiui ꝯsciētiaꝝ simpliciuꝫ vt in eis sit solidū nihil. Nā et si bōus vir qui sp est pauidꝰ ⁊ q̄ veretᷣ oīa opa sua. obſuandū est tn̄ summope illō terentianū. ne quid nimis. Et vt idē loq̄tᷣ. ne in scirpo nodū q̄rāt. ne q̄3 eis improperetᷣ illō eiusdē. Quid si celū ruat. Demū q̄d pdest imo q̄d nō obest coartare plꝰ iusto mādatū dei qd̄ ē latū nimis: Quid īsup expedit amariꝰ grauiusq3 illō reddere iugū xp̄i quod suaue est ⁊ onus eius leue? Nā et si cōtemptꝰ ex hac laxatōe ⁊ dulcedie apud q̄sdā improbos maiorari atur/ habētes velamē malicie libertatē. At apud alios bn̄ institutos graꝝ resonabunt actōes. Prestabitᷣ etiā seduliꝰ obsequiū domino ⁊ patri tāte māsuetudis cuiꝰ mādata grauia nō sunt. ⁊ q̄ vult nos nō tēptari ⁊ nō grauari supra id quod possumꝰ

Corol. duodecimū.

¶Sic pene restrīgende sunt/ ita leges hūane [illegible] In pena [illegible] est omniū iuristaꝝ traditio. quos tn̄ aliq̄ndo miratꝰ sum. dū eos audiui rōem reddētes cur nomē h̄ excōmūicatōis si solū ponitur maiorē significat excōmunicatōes. Excōmunicatio inq̄unt nō pena est s3 medicina. At uero si excōicatio nō est pena/ q̄d aliud penā appellabimꝰ? Nescio ꝑe. Nō solū pena ē s3 dānosissima pena. Nec obstat huic dicto. q̄ medicinalꝭ esse debet. h̄ nēpe propriū est omnis pene/ p̄sertim nō exterminatiue. ¶Secūda pars seq̄ns ex p̄ma iunctꝭ ꝓ oribꝫ ꝯdēnat eos q̄ tāta leuitate ne dicā temeritate/ fulminār excōicatōes ⁊ irregularitates/ cū innūerabili multiplicatōe statutorū/ q̄ vix aliq̄s n̄ dicā adiplere/ n̄ dicā retinere/ itelligere ⁊ ꝯcordare. s3 vl̄ legere tota vita sufficeret. Utinā attenderemꝰ oēs et imitaremur benignitatē saluatoris nr̄i dei. Poterat (nec est dubiū) exigere a nobis iuge seruitiū in p̄ceptis longe pluribꝫ grauioribusq3/ sed cōdescendēs fragilitati nr̄e certū ⁊ paucū numerū dereliq̄t p̄ceptorū/ que si cōpleuerimꝰ q̄3q̄3 inutiles serui sumꝰ preseruant a morte. Et q̄cq̄d supererogauerimꝰ cōuertit ad deletōem p̄cedentiū delictoꝝ. aut cumulata [illegible] ꝓ amorē dei hominē recedere a malo. Ita sane meliꝰ q̄3 ꝑ austeritatē humanarū legum. Nolumꝰ tn̄ nec debemꝰ inculpare deuotionē religiosorū. qui ꝑfectōis viā aggressi tāto p̄cepta diuina diligētiꝰ implent q̄nto cōsilijs ⁊ alijs obseruatōibꝫ salutiferis semet astrinxerūt. Sūt fatemur vincula taliū alligatura salutaris/ q̄2 discretꝰ vsus nō ipedit s3 expedit grādietes viā mādatoꝝ dei. At tn̄ q̄ pt cape capiat. q2 nō oēs capiūt verbū istud. Idcirco aliud ō ꝯmūitate hoim. aliud de paucitate est iudiciū

Corollarium .XIII.

¶Ois lex hūana vel positiua pōt abrogari in eo q̄ nō necessario participat cū naturali ⁊ diuina. Nec aūt abrogatio fit/ vl̄ ꝑ [illegible]tudinem oppositā/ iuxta qd̄ dicūt iuriste et verū est/ q̄ cōsuetudo est optima legū interpres. Nec vnq̄3 dicenda est corruptela/ nisi

vbi legē diuinā aut naturalē ledere cōuincit̄
Nā sicut cōsuetudo dicit̄ altera natura. sic lex
cōsuetudinalis quasi lex naturalis habēda ē.
Fit etiā abrogatio p expssam aut interpreta
tiuā reuocatōem factā ab illo q̄ cōdendi ha
buit ptātē. Fit deniq̄ abrogatio causa ma
nifeste dānatiōis si lex illa seruaret̄. Patent
[illegible] bone.
q̄m honesta esse debet. iusta. possibil̄. iuxta
naturā et cōsuetudinē patrie/loco tp̄iq̄ con
ueniēs. necessaria vtilis τ manifesta. vt ha
bet̄ ex dictis Isid. ¶Ex his liq̄de cōstat q̄ te
merariū est τ iniquū velle oīa decreta siue
eccl'iastica siue ciuilia ad oīne tēp⁹/ad oēm
[illegible] p vno
tpe et loco aut psonis esset vtil̄/esset ī aliis
tpe loco et psonis impossibil̄ aut dānosa. i
mo velle sic oīa statuta stabilire/hoīm est d
lirantiū/τ q̄si contēdentiū vt opposite leges
simul obseruent̄. Hic fundāt se q̄ dicūt non
ita expedire vnū impatorē dn̄ari oībꝫ ciui
liter/sic vnū papā spūaliter/q̄m lex fidei vna
est apud oēs. nō ita leges fori. Preterea posi
tū est in decretis di. iiij. q̄ leges instituunt̄
cū pmulgant̄. firmant̄ cū moribꝫ vtētium
[illegible]
[illegible] moribꝫ vtentiū neq̄q̄ approbant̄/ille
nullū habent firmamētū. τ ita ppl's hꝫ mul
tū in sua ptāte dare robur legibꝫ aut tollere
psertim ab initio. ¶Sūt autē hic q̄stiōes
difficiles. q̄lis. s. debeat eē cōsuetudo ad ab
rogandū legē aliquā/et q̄nti tpis. Et si pos
sit cōsuetudo introduci ꝯ legē illā quā cum
renouatōe iuramēti q̄libet intrās aliquam
[illegible] renoua
re (al's reuocare) Dicim⁹ aūt q̄ vbi nō ē ta
xatū tpe a legibꝫ aliis/debꝫ fieri abrogatio
put sapiēs iudicabit. nūc tardi⁹/nūc citius
iuxta necessitatis aut vtilitatis q̄litatē. ¶No
bis insup dicendū videt̄ q̄ multe sunt insti
tutōes ad q̄z obseruatōes vident̄ oēs se q̄
tidianis iuramētis astrīgere/q̄s tñ obserua
re non tenent̄. nō q̄ piuriū sit licitū sed quia
iuramēta talia sunt sic intelligēda ciuiliter.
Hoz exēpla sumere possum⁹ in p̄clara vni
uersitate parisien̄. τ in eccl'iaz aliis collegiis.
[illegible]
tē vl' collegia/legunt̄ explicite cōstitutōnes
aliq̄ inter ceteras q̄ nullaten⁹ obseruant̄. qui
bus lectis petit̄ ab eis. Vultis ista iurare?
Qui rñdent. ita iuro. nec aliq̄d excipiūt. q̄
[illegible]
illos q̄ pstāt iuramentū crimialit̄ deficere.

videat quō tot τ tales summe litature τ pro
bitatis viros possit absq̄ temeritate dāna
re. ¶[illegible]
multe subintelligāt̄ necesse ē. ¶Prio ī oī
cōstitutōe p supiorē edita reseruat̄ sibi ei⁹ auto
ritas. imo nec pt excludi/q̄stūcūq̄ aliq̄s in
[illegible]
seu relaxatōe p supiorē faciēda. q̄n supiori
autoritas sit in hoc supior. Et ita vsus ha
bet in puilegiis p sūmos pontifices collatis
tam in vniuersitatibꝫ q̄ officiariis dn̄oꝝ.
Quis aūt videret̄ esse tuti⁹ explicare suā in
tentōem in pncipio iuramēti/istō tñ nō exi
git̄ ad euitatōem piurii. nā a lege sufficiēter
[illegible] ¶Rursus iuramentū sicut τ votū
nō obligāt vbi vgunt palā ad deteriorē exi
tū. idcirco recipiūt dispensatōes aut relaxa
tōem aut cōmutatōem/vt sapiēs psertim su
pior iudicabit. ¶Amplius iuramentū [illegible]
debꝫ obligare q̄ voluerit aut rōnabilit̄ vel
le debuerit obligare ordinator tal' iuramen
ti. τ in cui⁹ fauorē fit. Hinc saluat̄ qō dictū
est de pstatiōe iuramēti apud vniuersitates
τ collegia sup multis q̄ manifestū est nullo
mō custodiri. Habēda est itaq̄ psumptio
q̄ exigētes talia iuramēta nō intēdūt obli
gare ad ea que nec ipi nec p̄res eoꝝ obser
uant. [illegible]
aut filiis addimus. Si τ q̄stū rōnabiliter ta
lia cadūt sub iuramento iuxta cōsuetudines
τ vtilitatē policie. Vel̄ rursum infra dicet̄.
¶Et si p pctm̄ etiā possit aliq̄ lex abrogari R
aut p maliciā subditoꝝ. Puto enī q̄ sic τ q̄
ad multa agēda vl' omittēda plac⁹ aliq̄s pt
obligari ppter generalē maliciā aut errorē
[illegible]
mittere tenet̄. sicut in materia nūc currente
dixisse τ scripsisse memi. q̄ etiā vbi via ces
sionis fuisset min⁹ bona. tñ acceptare eam
debebat dn̄s Benedict⁹. s. petr⁹ de luna. at
tenta deliberatōe regis frācie τ alioꝝ subdi
toꝝ sue obediētie. Sꝫ d his alibi τc. ¶Po
stremo cēsend⁹ est supior reuocare suā legē
positiuā de q̄ sp loq̄mur q̄n cognoscit sub
ditos passim τ publice illā trāsgredi. τ pa
tit̄ neq̄ cōtradicit. aut si ꝯtradicit tñ dāno
se ꝯtradicit. aut solis vbis cū deberet vti fa
ctis. Notet̄ hic sctūs Thomas. Idē gand.
Ad hoc corollariū pricipale ē exēpliū mul
[illegible]
etiā coꝝ que statuerūt generalia cōcilia ob
seruant̄. Nā τ ī pmo vigore eccl'iastice disci
pline multa seuero rigore statuta sūt. q̄ mō

desuetibus in peiora moribus nõ solũ inuti/
lẽ sed impossibilẽ haberẽt executionẽ. Hoc
attendẽs legislator noster xpũs vtiqȝ sapien
tissimus/iudicialia oĩa tanq̃ȝ variabilia re/
liq̃t illoȝ iudicio q̃bus dixit. Qui vos au/
dit me audit/ita tñ vt nouerĩt se positos ad
edificatõez nõ ad destructõez. ꝛ vt s̃m legez
dei q̃ regula est generalˀ oĩ xpiane religioni
pfessoꝝ sub vno abbate xpo. ipi iudicẽt/cã
nõ ampliãtes/neqȝ restringẽtes/neqȝ duri/
orẽ faciẽtes q̃ȝ expsserit xpũs. q̃ iugũ suũ di/
xit esse suaue/ꝛ onus leue. Nõ eñi plus hñt
in ptãte plati eccl'ie ligare subditos ad aliq̃
que nõ sunt tradita in regula euãgelica pro
fessa ab oĩbus xpianis/q̃ȝ hñt abbates sup
religiosis suis/ad obligandũ eos p̃ter regu
larẽ pfessionẽ suã/de q̃bus tñ est snĩa sancti
[illegible] non
[illegible]
la sua pfessus fuerit. Hoc eñi est voti obedi
entie [illegible] regu
lam obedientes se prestabunt.

Corollarium. XIIII.

[illegible] ꝛ
irregularitatũ institutiões/q̃ scripte sunt/p
nõ abrogatis ext̃q̃/videtˀ irrõnabile ꝛ legi
bus tã diuinis q̃ȝ hũanis aduersum. Cõstat
eñi oẽs hmõi ɔstitutõẽs aut fere oẽs esse d̃
iure positiuo pure. Constat p̃terea multas
eaꝝ in dissuetudinẽ venisse p nõ vsum aut
vsum cõtrariũ sciẽtibꝫ platis nec obuiãtibꝫ
imo nec obuiare debẽtibꝫ. Cõstat deniqȝ q
tãta est hmõi institutionuȝ multitudo q si
teneretˀ in suo rigore/maxia ps eccl'ie dãna
[illegible]
diuie lederetˀ. Attñ oĩs lex tantũ p̃cise hȝ de
bonitate ꝛ stabilitate/q̃ȝtũ pticipat de cha/
ritatis lege/q̃ est finis p̃cepti/ꝛ s̃m quã de/
berẽt cetera moderari ¶ Et q̃m materia ista
de excõicationibꝫ pplexa ẽ ɔfuseqȝ tractata
Ego aliq̃s ppositões examinationi supio/
rũ ac prudẽtioꝝ decreui pponẽdas absqȝ as
sertõe eaꝝ/q̃s ipsi asserẽdas iudicauerit ad
quos spectat. ¶ Prima ppositio Expediẽs
videretˀ nullã excõicatiõis ferri snĩaȝ/nisi p
manifesta ɔtumacia. q̃ se mõstrat aliq̃s au/
dire ecc'iaȝ nõ paratũ. Rõ est/q̃m dũ semp
paratus ẽ audire ecc'iaȝ. cur habebitˀ sicut
ethnicus ꝛ publicanus. Cur ab eadẽ p̃sci/
[illegible]
ꝛ allegat ad h̃ textũ xpi in q̃ fundata ẽ auto
ritas excõicandi/ꝛ correctiõis fraterne. Et
hic sumitˀ validũ cõtrario sensu argumẽtũ
Iuxta h̃ videre est q̃liter ĩpossibilitas parẽ
di mãdatis eccl'ie/facit vt q̃s apud deum
nulla sit excõicatõe ligatus. q si talis ĩpossi
bilitas notoria sit/ĩpedit ne q̃s possit ab ec
clesia p excõicatõis snĩaȝ iuste separi. Ad h̃
videtˀ vsus eccl'ie dũ q̃s excõicatus p debi
tis absoluitˀ/dũ cedit bonis suis oĩbus/q
facit in h̃ vltimũ eius qd põt. Ceteꝝ dũ ali
q̃s ex ignorãtia q̃ȝqȝ culpabili aut ex ĩfirmi
tate ꝛ passione viciosa. nõ tñ ɔtumaci. facit
aliquẽ actũ/p q̃ statuta est snĩa excõicatõis
late snĩe ab aliq̃ platoꝝ. videãt iuriste ꝛ iudi
ces si talis posset dici excõicatus ipso facto
cũ semp sit ꝛ fuerit pmptus stare correctõi
eccl'ie sup delicto suo/put supponitˀ/q non
ex ɔtẽptu clauiũ ꝛ iurisdĩtõis eccl'iastice/s̃ȝ
[illegible]de motus/vt dictũ est malũ fecit. Non
eñi q̃libet inobediẽtia ɔtumacia reputatˀ ẽ
¶ Scd'a ppositio expediẽs videretˀ/vt nul ꝛ
lus teneretˀ aliũ vitare q̃ȝtũcũqȝ excõicatũ a
iure/nisi postq̃ȝ denũciatus fuerit esse talˀ a
suo iudice In oĩ q̃ p pealio cãu fere põt hõ
rõnabiliter p̃sumere primũ suũ nõ esse excõ
municatũ/ꝛ oppositũ faciẽs exponit se fre
quẽter discrimini pcti mortalis alienũ ser/
mũ temerarie iudicãdo. Exẽpli grã Video
[illegible]
Si iudico forteȝ excõicatũ/possum errare
[illegible]
faceret/vl' ebrietas aut furor eundẽ excusat.
aut aliq̃d aliud interuenit pp̃ter qd in iudi
cio cõtentioso dũ ad illud venerit absoluetˀ
Preterea q̃cq̃d fit in p̃sentia facti. nescio tñ
ĩfra biduũ an a suo iudice fuerit absolutˀ.
quã absolutõez neqȝ mihi neqȝ ceteris tene
tur nũciare. Secus ẽ dũ iudicialiter est cõ
demnatˀ. q iudicio publico debȝ absolui si
nõ vult euitari. ¶ Quereret aliq̃s. q̃d opantˀ
tunc excõmũicatões late sentẽtie p cano/
nes? Rñdeo sic accepi a p̃ceptore meo/eas
tantũdem opari vt absqȝ pcessu alio iudici
[illegible]
bato facto vel cõfessato/ferre iuris sentẽtiã
ꝛ eandẽ publicare. nõ sic vbi canones cẽnt
solum ferẽde sentẽtie/quoniã monitiões et
pcessus s̃m terminos iuris frequẽteretˀ mul
tiplices. ¶ Ex eadem radice videtˀ q nullus
parochianus debȝ euitare curatũ suũ/a su
[illegible]
sui supioris sentẽtia fuerit publicatˀ. Debet
eñi tolli quantũ possibile est a subditis oc/
casio rebellionis ad supiorẽ/ꝛ diuisiõis inẽ

se/ɼ temerarie diiudicationis cuiuscũq3 alterius q̃m ista sunt pctã grauissima. Sed dar licentiã vel p̃ceptũ ꝯfusum q subditi vitẽt curatos suos/nõ p̃uia sñia ɼ publicata/est eos p̃dictis pctõꝝ piculis exponere. Itaq3 cũ3 laici clericis sint infesti/poterũt leuiter dicere de suis curatis q sint fornicatores publici/si forte colloquiũ vel ꝯsortiũ modicũ viderint apud eũ cum mulieribus Rursus ɼ si curatus fuerit heri fornicator/ [illegible] ris ɼ ꝯfessoris obtulit se dimissuꝝ ꝯcubinã suã tempꝰe ɼ loco. q3 nõ subito tenet̃ semꝑ h̃ facere. sicut nec penitẽs astringeret̃ remouere subito a se q̃cq̃d fuit aut est occasio peccati. tũc parochianus vitãdo istũ vere absolutũ/quomõ nõ peccabit: nõ aũt d3 leuiter suspicari/nũc aut alias q vero careat beneficio absolutõis/nisi dũ ꝑ sñiam iudicis [illegible] tabit/q̃dusq3 fuerit publica denũciatione nouiter absolutus. Adde q stabit tunc esse diẽ dominicũ dũ parochianus p̃mo inciperet suspicari vel iudicare q curatus suus est fornicator ɼ publicus ɼ ita vitãdus/q̃d aget in hoc casu: aut vitabit eum ɼ hoc erit cõtra p̃ceptũ eccl'ie de audiẽdo missam die dñico/q3 aliam vt suppono nõ poterit illo die ꝑcurare. aut cõicabit ɼ hoc erit cõtra cõscientiã/ɼ edificabit ad gehennã3. Poterit etiã falli vt dictũ est de impenitẽtia sacerdotis forte penitẽtis ɼ absoluti iudicãdo. imo eũ potius d3 iudicare penitentẽ ɼ bonũ3 q̃3 oppositũ. cũ subito potuerit a spũ sctõ visitari : [illegible] esse fomitẽ scismatũ inter subditos/aliis dicentibꝰ de curato/q3 bonus est. aliis nõ/s3 vitãdus/q3 nec ẽ par oĩu3 affectio nec par discretio/nec par coꝝ q̃ iuris ɼ facti sunt co[illegible] lis cũ suis glosis/quesitũ. de cohabitatiõe [illegible] rio sensu trahit. q fornicator notorius q̃. s. nulla tergiuersatõe negari põt esse talis/vitãdus ẽ/etiã nõ expectata supioris sentẽtia Hic dicimus aliq̃ vel q ꝯsuetudo opposita/ɼ platoꝝ tolerãtia que nõ executa ẽ hanc decretalẽ in curatos et subditos interptate sunt illã legẽ nõ esse seruandã. vel q ante sñiam supioris ɼ q̃3 diu tolerat̃/nihil ꝑprie d3 ita notorium crimẽ a subditis reputari/ quin aliq̃ possit tergiuersatõe negari. Iuste quidẽ/aut ꝑpter inspirantẽ gr̃az/ vt dictum est/q̃ nescit visitãdo tarda molimĩa/ aut q nescit opantis intẽtio aut causa. Nõne posset mulier in casu frequẽtari a curato/ ꝑ sua ꝯuersione: sicut egerũt aliq̃ scõꝝ erga publicas meretrices. Sic p̃sbyt̃ etiam meritorie tradi posset morti. Ad hoc facere videt̃ decretalis ĩmediate p̃cedẽs. Multa insuꝑ decreta q̃ nõ loquunt̃ in hac materia nisi d̃ sacerdotibꝰ sĩialit̃ ꝯdemnatis si bñ videant̃. aut si aliq̃ sonẽt aliter/ põt eis nõ incõgrue interp̃tatio talis aptari. Et videãt obsecro oppositũ sentientes /q̃3 irrõnabile sit/vt p̃latus cõicet cũ curato parochiali/saltẽ du3 tolerat eũ scitũ esse talẽ. ɼ parochiani eundẽ cuitare nõ dico poterũt s3 debebũt. ¶Qs si quesierit aliq̃s q̃d valebit ergo ista distictio famosa int̃ fornicatorẽ notoriũ ɼ nõ notoriũ: Plane ad hoc q notorius põt absq3 alio iuris ordine ꝯtinuo ꝯdẽnari ꝑ iudicẽ Alius nõ nisi testibꝰ legitimis iuris ordie ꝑius victus. Iuxta hoc dici forsan põt [illegible] tus q d3 fornicarius notorius euitari/q ip̃e põt aut d3 stati iudicialit̃ ꝑ euitãdo iudicari. Iudicari dico non a subditis sed platis/ꝯsuetudo ĩmo ɼ vtilitas publica videnť ꝑ hac interp̃tatõe militare. ɼ hãc reddere nõ distortã. Pro dictis omibꝰ sunt glose ordinarie Aug᷒. ɼ Ambro. suꝑ illo. i. ad Chorinth. v. Si q̃s frater nomiat̃ ɼc. ¶Silr̃ diceremus de sentẽtiis ꝑmulgatis generali mõ loquẽdi absq3 nominũ expssione ꝑ eccl'ias vt dicẽdo. excõicamus oẽs sacrilegos/oẽs impedientes iusticiã ecclĩasticam/oẽs q̃ talẽ rem surripuerũt ɼc. Talis modus loquẽdi generalis ɼ ꝯfusus non ligat vt videt̃ audientes ad euitandu3 illos [illegible] iudiciũ tales eẽ nomiatim ꝑmulgent̃. [illegible] enim parẽ habet efficaciã generalis modꝰ [illegible] rat᷒ ꝑt dicere q oĩs fur est suspẽdendꝰ/nec irregularitatẽ incurrit. q̃ innodaret̃ si diceret. hic fur suspendio meruit interimi. Alie cause patent ex p̃dictis. ¶Deniq3 rõ ad ꝑpositũ est/q̃m magna eẽt pena. magnus insuꝑ esset discrimen ꝯscientiaꝝ apud [illegible] q̃s iudicio tenerent̃ excõmũicati. Audiui d̃ papa Vrbano. v. [illegible] ob. hãc p̃cipue causam/q nullis penis excõmunicatõnũ ɼ irregularitatũ erat obnoxius. q̃ si dilexisset p̃ximos suos sic seipsum.

⁊ hoc aduertisset/relaxasset fortassis tot la
qos. tot onera. tot picula ab eoꝝ ceruicib⁹.
vt aliq̄li ⁊ si nō pari ad ipm̄ libertate gratu/
X [illegible]
diens videbit vt oēs sentētie excōmūica
tōis/quaꝝ vsus null⁹ est/aut pl⁹ obest q̄ꝫ p
sit/tā in eccl'ia vniuersali q̄ꝫ in puincijs ⁊ di
ocesib⁹/expssa reuocatōe cassarent. Ratio/
nabilitas patꝫ ex pmissis. Et si cōsiderem⁹
q̄ excōmunicatio q̄libet medicinalis eē de/
bet/sicut finis amare potōis est sanitas. ita
finis excōmūicatōis est emēdatio aut ꝯser
uatio charitatis et vniōis in subditis. ppte
rea q̄ncūq̄ꝫ excōmunicatio verisimili conie
ctura nō p̄sumit vtilis reipublice/ nec sub/
ditorū correctōem afferre/illa debꝫ omitti.
Tunc eni locū habꝫ quod dicit Aug⁹ lib.
ij. cōtra ep̄lam Permeniani in decret. xxiij
q. [illegible] quotiens. sup c. Ipsa pietas.
⁊. ix. q. i. ordinatōem. Reuera cū ꝯtagio pec
candi multitudinē inuaserit/ꝯsilia sepatio/
nis. i. excōmunicatōis ⁊ inania sunt ⁊ pni
ciosa atq̄ꝫ sacrilega. q̄ impia ⁊ supba sunt.
⁊ plus pturbāt infirmos bonos/ q̄ꝫ corri/
gāt animosos malos. Et Greg⁹. de q̄bus/
dā peccātib⁹ ait Uñ n̄ a t'li ꝯsuetudie auer
ti possunt. ⁊ ideo cū venia suo ingenio relin
[illegible]
dimittēda esse zizania ne eradicaret triticū
Sic palea dimittit cū gno donec illud in
troducat i horreū. Sic sagena eccl'iastica
oīe gen⁹ piscīu cōgregat nec sepat/ pter q̄ꝫ
i littore finalis iudicij. Sic iudas cū apo
stolis dimissus est. Sic iebuzei⁹ inter filios
isrl. Sic pessima (dicit Hieronym⁹) sp cuꝫ
optimis iūcta eē. Sic tolerati sunt filij isra
el dare exteris ad vsurā ⁊ vti libello repu/
dij. sic hodie pmittunt meretrices ne vicijs
deteriorib⁹ oīa ꝯfundant. Propterea dic Au
gustinus vbi pus. Nō pt eē salubris a mul
tis correctio nisi cū ille corripit q̄ nō habet
sociā multitudinē. Cum ho idē morb⁹ plu
rimos occupauerit. nihil aliō restat bonis
[illegible]
chieli sancto reuelatū est. illi sic euadere ab
[illegible]
cularia pnt ꝯclusiōes morales elici ex locis
⁊ tempib⁹ q̄n expedit ⁊ q̄n nō/in pctōres.
vt sunt fornicarij ⁊ scismatici ⁊ vsurarij ⁊ sy
moniaci excōmunicatōes pmulgari. Pre/
lati eni nō solū possunt/imo debēt ab excōi
catiōib⁹ aut irregularitatib⁹ ferēdis desiste/
x re. aut iā latas tacite vl' expsse reuocare con

tra viciosos. vt sunt fornicatores publici
vl' scismatici/si nō viciū tale adeo i q̄busdā
partib⁹ inualuerit/q̄ p excōicationū vel ir/
regularitatū sñias nullo mō p̄sumit corri/
gi sed deteriores effici delinq̄ntes. Et in h
ꝟitatē habꝫ qd dictū ē/plātos ad m'ta nō
teneri pp ter incorrigibilitatē subditorū ad
[illegible]
ditos tenerent. Porro qd sit reuocare taci/
te iam dixim⁹ corollario. xiij. ¶ Ex his vide
tur aliq̄b⁹ tpa mala ꝯsiderātib⁹ q̄ nō expe/
dit ferre sñias excōicatōnū generales i for/
nicarios sacerdotes. ⁊ iubere q̄ a subditis
[illegible] Rigor ei eccl'iastice disciplie vix cre
[illegible] pt q̄ꝫtū laxatus sit. sed et nulla ⁊ rara fit
electio i sacerdotū introductōe. ppter ea ma/
lum istō tam late serpit q̄ multiplicāt iuue
nes inutiles ⁊ lubrici in sacerdotes. de q̄b⁹
stultissimū est sperare q̄ post susceptū sacer
dotiū castior sit eoꝝ vita ⁊ honestior/ et nō
poti⁹ dissolutior/q̄ꝫto iā habent illō a quo
pri⁹ ex mala vite fama formidare poterant
expelli. Quāto stulti⁹ igit imo iuxta verba
[illegible]
mili⁹/est velle tales effrenatissimos p excōi
catōnū sñias ꝯpescere. q̄ pfecto non tā eos
[illegible]rigunt q̄ꝫ inficiūt. nō solū eos sed paro/
chianos cū eis ꝯuersantes. Nōne meli⁹ es/
set nocētes q̄sdā ipunitos remanere/q̄ꝫ pu/
nire inocentes. Iuste q̄dem pt aliq̄n mali/
[illegible]
tur aūt parochiani dū ꝯuersatio curatorū
eis interdicit. dū scrupulis grauissimis ꝯsci
[illegible] y
igitur vis remanēre impunita? Sic absq̄ꝫ
[illegible]
eccl'iastice disciplīne rigor abscedet. ¶ Absit
vt hoc velim. laudo medicinā/sed nō eaꝫ q̄
vulu⁹ augeat aut vitam tollat. fiat a radice
[illegible] curatio. nō eligant ad sacerdotiū in
corrigibiles/nō indisciplinabiles. alioqui
sibi deputēt plati q̄ tales elegerūt. Et si ta/
les deū q̄tidie i suis pceptis tā impudent
ꝯtemnūt/qd mirandū aut vindicādū si le
ges hūanas et statuta nihilipēdūt [illegible]
videāt a suis laroribꝫ nō ꝟuari. cū tñ recte ius
tum sit. patere legē quā ipe tulerit. Denicq̄ꝫ
si cā sit vt meretrices tolerēt/dicūt sic opi/
nātes/q̄ maior est rō tolerandi sacerdotes
fornicarios. nec rigorē talē ꝟuandi sicut ab
initio. queadmodū ante tpa gregorij noni
maiori rigore hec vt alij dicunt disciplina
[illegible]

vt thome τ alioꝝ peccare eos dicentiū qui
a fornicarijs missam audiunt/nec excusare
eos ꝓpter negligentiā platorū. Tūc enī vł
[illegible]
me religiōis ita vt possit leuiť talis lex exeq̄.
Uel inexpti forte erāt hi doctores q̄ȝ gene-
rale et q̄ȝ radicatū sit h̄ malū. τ quō deterio
ra flagitia circa vxores aut filias parochi-
anoꝝ et abominatōes horrēde in alijs ꝓ-
uenirēt apud mł'tas patrias/reb⁹ stantibus
vt stant/si ꝗrerenť per tales cēsuras arceri.
Scandalū certe magnū est apō parochia-
nos curati ad ꝯcubinā ingressus/sed longe
deteri⁹ si erga parochianas suas nō fuaue-
rit castitatē. Multos itaq̄ꝫ ꝯpertū est ex sā-
ctis doctorib⁹ fuisse q̄s inexpientia tēporū
fefellit/τ locuti sunt. non q̄d fieri possꝫ aut
expediret. sed q̄d stricta iuris diuini vł hu-
mani regula faciendū esse dictaret. Hi duz
ad expientiā difficultatū/τ tēpoꝝ/τ homi-
nū incorrigibilitatē veniūt/mutāt plerūq̄ꝫ
sententiā dicētes. q' τ si talia mala sunt q̄ agū-
tur [illegible] ex-
dit/q̄ȝ cū piclo deteriori ea velle ad vnguē
resecare. ❡ Quocirca peccāt nō mediocriť q̄-
dā ex religiosis solitarijs/q̄ dū vitā attēdūt
platorū/dū subditorū effrenatā maliciā in-
tuenť. cōfestim murmurāt/τ mox inaudita
pte ipi cōdemnatōnū ferunt sentētias ī ab-
sentes. eos quoq̄ꝫ rodūt τ duorāt. nō aduer-
tentes. s. inexpti reꝝ/q̄ȝ difficile τ freq̄ntius
impossibile sit oīa ad normā equā flectere.
Utinā hi sapent τ sup seipos oculum retor-
q̄ntes intelligerēt q̄t lites amaras/q̄t defe-
ctus culpabiles tolerare cogiť q̄libꝫ in seip-
so. nec sufficit tali solicitudie se vnū sufficiē-
ter emēdare. Ipi vtiq̄ꝫ parci⁹ alios argue-
rēt/q̄ beluā tot capitū vnaꝫ locꝫ diocesim
aut regnū nō ꝑ oīa regulatā habēt. τ pfecto
iuxta comici sententiā. si hmōi essent ī loco
scꝫ platorū/aliť sētirēt/alr̄ iudicarēt. ❡ Hec
dicim⁹ nō ad excusatōem inertie dānabilis
quorūdā supioꝝ destruētiū pessimis exem-
plis viuēdi τ morib⁹ factisq̄ꝫ reprobissimis
vitā subditorū. sed vt boni q̄sq̄ȝ in multis
deficiāt nō acerbi⁹ iusto mordeāť. ❡ Quar-
2 ta ꝓpositio. Expediēs videreť īstitutio/aut
iā institutorū talis interp̄tatio/vt sol⁹ excō-
municatus aut suspēsus a iudice τ nō a so-
lo iure cōtraheret irregularitatē/immiscen-
do se sacris. τ talis sol⁹ iudicialiter ꝯdem-
natus a ptāte absoluēdi in foro ꝯsciētie spo-
liatus cēsereť. ❡ Primū ideo dicim⁹ q' non

statim aduertit aliq̄s se excōmunicatōem a
iure de facto latā ꝯtraxisse. q' si in tali nesciē-
tia imiscuerit se sacris aut alioꝝ ꝯsortio se
iunxerit/durū videreť talē esse irregularē.
τ tali irreg'aritate a qua sol⁹ papa possꝫ ab-
soluere. hinc cōtempt⁹ apō multos aut scru-
puli varij/τ picula maiora q̄ȝ dici pñt ori-
unť. ❡ De excōmūicatōne minori q̄ ad irre-
gularitatē nō cōtrahendā est expssa decre-
talis. Silr̄ de suspensiōe pꝫ/q̄m oppositū
nō est expssum in iure. Pene autēꝫ nequaq̄ꝫ
ampliāde sunt. Circa qō miranť aliq̄ quō
decretalē illā Cū medicinal'. q̄dā retorq̄nt
ad ꝓbandū/q' oīs suspensus a iure sit irre-
gularis si se sacris imisceat. q̄m ibi fit ſmo
de vna tm̄mō specie suspēsiōis τ ī casu cer-
to. Alia aūt decretalis ab eisdē allegata loq̄-
tur de suspēsis ab homie. Scōam ptē ꝓpo-
[illegible]
neať attētis reb⁹ vt turbate sunt in ecclīa. to-
ta fere christianitas fraudata est bñficio cō-
fessiōis sacramētal'. Qō sic ostendim⁹. Si
oīs excōicatus a iure aut suspēsus aut irre-
[illegible]
liter. q' pdit vt dicūt iuriste iurisdictōeꝫ oēs
in alios. talis in foro ꝯsciētie neq̄q̄ȝ absol-
[illegible]
[illegible]
ritatē τ excōmunicatōem. et h̄ vel pncipā-
[illegible]
do publice ꝯcubinas. vł dum sunt infam-
ti vicio aliq̄ publico. vł symoniaci. vł mer-
catores publici. vł ex alijs cētū radicib⁹. tā
apud religiosos q̄ȝ alios. Formidabūt igi-
tur sp subditi/an fuerint rite τ ꝑe sacramen-
taliter absoluti/τ hoc rōnabiliť in tāta sen-
tentiaꝝ multiplicitate. Hoc aūt asserere q̄n-
tū sit piculū τ scādalū plati viderint τ iuri-
ste. Pro hac pte scōa ꝓpositiōis facit decre-
talis q̄ monet vt in necessarijs subditi ꝯmu-
[illegible]
vtpote cū fornicario publico. Cōstat autē
q' ꝯfessio ē necessaria. Si ꝑo nō pt absolue-
re sacerdos excōicat⁹ a iure aut suspēsus fit
illusio talib⁹ subditis. q̄m nec sacramētaliť
absolueť nec finaliť aliō reportāt q̄ȝ scrupu-
los/dū postmodū audiūt sacerdotes suos
[illegible]
Expediēs videreť vt nulla sniā excōicatōis
ferreť nisi ꝓ ꝯtūacia facta ī reb⁹ pure spūali-
bus/τ vbi trāsgressio ꝑgit manifeste ī diffi-
patōeꝫ fidei τ sue libtatis. sicut est de heret-
cis τ scismaticis τ eorūq̄ꝫ fautorib⁹. sicut de

interdicto dicerem⁹. Excõicatio siquidē ba/
cul⁹ est pure spūal. ppterea nō videret rōna/
bilit assumēda ad ptectōez rez tpaliū. τ q̄si
pphanaz. qm̄ res tpales nō debēt pseruari
vł repeti cū maiori detrimēto eoꝝ a q̄bꝰ re
petūt/q̄s sit vtilitas pueniēs apō repetētes.
Sed excōmūicatio maiꝰ dānū infert q̄s sit
[illegible]
sia quꝰ punire delinq̄ntes ciuilit q̄s secula/
ris ptās. Oppositū tñ fit dū ppt ptumaci
am cadentē in causa rez tpaliū iudex eccl'ia
sticus icarcerat τ ligat aias grauissimis excō
municatōis vinculis. Judex ꝟo secularis so/
la corpoꝝ detentōe cōtent⁹ ē. Rursus nō ē
vsq̄ꝫquaq̄ certū an iure diuinū pcesserit platis
iurisditōem tpalē imediate/aut saltē ei⁹ ex/
ercitiū. sicut xp̄s illud a se abdicauit. aut si
hoc pstare pt. remaneret tñ icertū si iurisdi/
tōnem secularē ex psuetudīe vł dono pnci
pū pcessam sibi possit eccl'ia p iurisditōem
suā pure spūalē exercere/ psequi τ defendere.
Sicut habz eccl'ia iurisditiōes tpales/ha/
beat ipa τ carceres/τ alios coercēdi modos
etiā corpales. q̄ coertio corpalis licz apud
grosse intelligētes τ carnales austerior iudi
caret/quis tñ fideli mēte pspiciēs/negaue/
rit excōmunicatōem penā lōge deteriorem
excellere: imo fm dicta sanctoꝝ morte cor
palī dteriorē existere. Si aūt nō p q̄libz cō
tumacia isligit mors apud pncipes secl'a/
res/q̄ ē ista eccl'iastice libertatis mansuetudo
vt passim p sil'ibꝰ aut minoribꝰ culpis spūa
lem inferat mortē? Deniq̄ dixerim ista
[illegible]
sio psteł matur⁹ i hac re statuēdi τ tollendi
tot vexatōes incredibiles/q̄s paupibꝰ labo
[illegible]
bacul fulti pstant in pteptū dei. dānatōz
[illegible]
Ampli⁹ ista nō sunt ad determinādū q̄ di/
ximus in his ppositōibꝰ/psertim vbi text⁹
iuriū palā repugnare viderent. Sed datā
volum⁹ esse occasiōem studēdi iura illa/et
mitiori interpratiōe ea diiudicādi/q̄s faciāt
q̄daz ad pauca aspiciētes. τ q̄ de facili enū
ciāt p alioꝝ illaq̄atōe/illibertatōe τ dānatō
ne. Sexta ppositio. Expediēti⁹ ē i mul
tis defectibꝰ illos vł tolerare vł ad bonū fi
nem ordiare/q̄s p fulmiatōnes sentētiaꝝ et
pdēnationū/aut p pdicatōes rigorosas eos
conari fundit⁹ extirpare. Rō ptz ex pmissis.
vnū pcedentia facta sctōꝝ nos docēt/ q̄ mul
ta q̄ male fieri videbāt τ neq̄bāt corrigere.

[illegible]
bant. Sic idolatraꝝ supstitio facta in Fe
bruario/ob honorē februe/trāsit i honorez
ꝟginis marie. Sic honor augusto cesari p
stat⁹/in honorē Petri est pucrsus. Sic pā
[illegible]
eccl'iam oim sctōꝝ. Forte tali arte possent
encenia que pma die anni mittūt hoies ad
bonū finem trahi. Sic natiuitatis sue cele
bratio apud q̄sdā pncipes christianos ad
gaudiū de suo baptismate possz retorqueri.
Hec enī agere facili⁹ ē q̄s torrēti psuetudīs
ptinaciter obniti velle. Hoc mō docendi
sunt om̄es habere oculū simplicē. oculum
intentōis rectū. q̄ habito merebunt i multis
vbi al's graui se delicto pstrigerent. Exem
pli gr̄a de celebrātibꝰ missam sumpta pecu
nia. de eūtibꝰ ad horas canonicas i eccl'ijs.
τ ad obit⁹ spe distributōnū. de dātibꝰ τ ac/
cipiētibꝰ curas τ bñficia ad cēsum annuū.
de recipiētibꝰ pecunias in collatōe ordinū.
de pdicantibꝰ p mercede. de q̄rentibꝰ place
re in suis actibꝰ τ smonibꝰ publicis. τ arti/
ficialiter ob h̄ ordinatis. de habentibꝰ plu
ra bñficia/τ sil'ibꝰ. in q̄bꝰ peccant multi ob
defectū doctrine τ rectificatōis sue intentō
nis/q̄bus alioq̄n merces deberet. Tāga/
mus hic ad extremū pfunctorie modū re/
ctificandi aliq̄ ex pmissis. Si q̄s celebrat
rã diuine illustratõis irradiare sup terrã aĩe
tue. habita tũc in extremis maris tãq; i lit
tore q̃dã stabili fluctuantiũ cogitationuꝫ
ꝛ estuantiũ desiderioꝝ. etenĩ illuc deducet
te mirabilr̃/ nõ industria tua sed manus
dñi/et tenebit te dextera sua. Et dices. for
sitan tenebre pculcabũt me q̃ ad caligino
sam aliquã inferioꝝ oĩm obliuionẽ. et nox
ista in infimis/illumĩatio mea i delicijs in
telligẽtie supueniẽtis. Caueto p inde ne pẽ
nas istas vl̃ infidelitas euellat vl̃ desparatõ
frangat. vel inertia ɔglutinet/ vl̃ auaricia
[illegible]

Consideratio .xii.

docet spm̃ auertere a fantasmatib⁹ qđ vari
is modis posse fieri oñdit metaphisice. in
sup remittit ad maiores q̃s exẽpli grã itro
ducit in l[illegible] ¶ [illegible]

Spiritũ a fantasmatib⁹ auertere ¶ Oportz nos h̄ eoꝝ meminis/
se q̃ de q̃ddirate mystice theolo
gie tractauim⁹. Posuim⁹ itaq;
mysticã theologiã esse amorẽ extaticũ qui
ɔseq̃r ad intelligẽtiã purã ipi⁹ spũs/q̃ in/
telligẽtia caret vtiq; nubib⁹ fantasmatum.
ppterea necesse est eũ q̃ vult mystice theolo/
gie se tradere/conari ad hãc itelligẽtiã pu
ram. Alioq̃n amorẽ inde seq̃ntẽ q̃ rõe ɔpa
ret. ¶ Rursus si apud exercitatos metaphi
sicos hab[illegible]
ri q̃ modo tot⁹ iste mũd⁹ sensibil̃ ad aĩam
rõnalẽ p sensus corpis ingredir̃. vt circlo
q̃dam intelligibili ac pulcerrimo ipe mun
d⁹ deriuat⁹ a dõ reducar̃ in eũ. Vñ res ab
ipo egrediẽtes q̃nto impfectiores distãtio
resq; pfluũt/ tãto ampli⁹ materiales et q̃/
dã crassitudie corpulẽtiores inueniũt/ p/
spicuũ ẽ in elemẽtis ꝛ mixtis. Videm⁹ eti
am in lumie solari q̃ ɔtinue pl⁹ grossescit/
vt sic loq̃mur. dũ dẽsiori medio sese miscet.
dũq; colorib⁹ quodãmodo semetipm icor
pat. Fit aũt i recursu ad deũ ɔuersa ɔditõ.
abeũt q̃ppe magis ac magis i spũalitatẽ/exẽ
pli grã/lumẽ cũ coloꝝ speciẽb⁹ fert̃ ad ocu
los. illic species ipe aggregãt̃ ꝛ deferũt̃ ad
sensum ɔmunẽ/illeq; eas diiudicãs puri⁹
ac spũali⁹. easdẽ ad ptutẽ imaginatiuã de/
ducit. Ceteꝝ cũ rõ negociat̃ circa fãtasma
ta elicit species itelligibiles. q̃b⁹ iam conci
pit rẽ sine illo qđ p̄fuit fantasmate. Postre
mo potẽtia intellectiua supior quã spm̃ vl̃
mentẽ noiam⁹/post cognitõez rõis dedu/
cit rẽ eandẽ ad lumẽ pure simplicisq; intel
[illegible]
[illegible]
Dyonisiũ edoctũ a cõscio secretoꝝ celestiũ
paulo placz inspicere. vbi de mystica theo
logia disseruit cũ expositorib⁹ suis/inueni
em⁹ eũ tradere modũ auertẽdi se a fantas/
matib⁹ corpeis/ꝛ abnegatis oĩb⁹ q̃ vel sen
tiri vel imaginari vl̃ itelligi pñt ferat se spi
ritus p amorẽ in diuinã caligineẽ. vbi iẽffa
[illegible]. [illegible]
emplũ de statuifico sculptore/ q̃ ex ligno l̃
lapide ptes abradens format agalma pul
cerrimũ/h̄ est simulacrũ. ꝛ h̄ q̃dẽ p ablati/
onẽ solã. Cõformit̃ spũs remouẽs oĩa per
abnegatiões/q̃lia pt h̄ cog̃scere/q̃ vtiq; suã
gerũt secũ impfectõem vl̃ potẽtialitatis vl̃
depẽdentie/vl̃ puatõis vel mutabilitatis.
inuenit tãdẽ his oĩb⁹ ablatis agalma dei.
h̄ est noticiã tãq; rei actualissime sine potẽ
tialitate. sup̄me sine depẽdentia. pure sine
puatõe. necessarie sine mutabilitate. ¶ At/
uero si noticia illa sit solũ expimental̃ in af
fectu sup̄mo vnito deo p amorẽ. vl̃ si pos/
sit dici intellectual̃ nõ q̃dẽ intuitiua sed ab/
stractiua seu vespetina cognitõe/nec ɔnora
[illegible]
ɔsideratõe ꝛ inq̃sitõe. Nã habz pars q̃lib3
suos defensores eleuatissimos. ¶ Sũt nẽ/
pe q̃ exponẽtes dyoni. p̃mũ tenẽt. ¶ Sũt
alij dicẽtes hñi posse vltra p̃dictã expimẽ/
talẽ vel expimentatiuã noticiã intellectiuã
ɔceptũ ppriũ ꝛ absolutũ. q̃uis nõ intuiti
uũ diuini esse. si ab esse remoueat̃ ꝛ abstra/
hat̃ oĩs impfectio. Idẽ de vita. idẽ de bo/
nitate. idẽ de sapia. idẽ de potẽtia. ꝛ ɔsilib⁹
pfectionalib⁹ p̃dicatis. vñ sicut facta ab/
stractõe a ɔceptu vago hui⁹ hoĩs visi ɔ̃ si
tu motu ꝛ figura et ceteris accidẽtaliũ ɔdi

tionū inuolutris resultat agalma. i. hoīs imago ſm grecū. h est ꝯcept⁹ specificus ⁊ absolutus hoīs. sic ð esse iudicāt/dū fit abstractio hui⁹ qð ē esse a potētialitate. ꝑua/tōe depēdētia ⁊ alia q̄uis impfectōe/resultat tūc ꝯceptus dei ꝓpus et absolut⁹ ¶Ad dūt argumētū q: de⁹ h esse sibi nomē propriū rn̄dit moysi dicēs. dices in q̄t/q̄ ē misit me ad vos. ¶Affirmāt isti sīlr de conceptu bonitatis sicut in lege noua rn̄dit xp̄s sol⁹ de⁹ bonus est. Accedi videnr in hāc sententiā Aug. pluries/noiatim in suo/viij. ð trinitate. vbi in bonū absolutū docet ferri. ⁊ sequit ei⁹ Bonauētura i suo itinerario sexto. ¶Sz ecce nescio q̄ pacto dū practicā dare ꝓfessus sum mysticā theologiā/relabor rursus ad speculatiuā sed nō superuacue. Est q̄ppe tibi necessariū o'nīa q̄ i deū ferre q̄ris te ꝑ anagogicos excessus vt auertere discas te ꝑ innatā vim abstractiuam a fantasmatib/sicut abstractiua virt⁹ inferior i brutis ex speciebꝫ sensatis elicit insensatas. Sciueris q̄z impfectōnes secernere a ꝑfectōib/vt tādē pure aliq̄d ꝑfectū tibi resplēdeat in essentia ⁊ bonitate. ¶Loq̄mur tn̄ ꝑ min⁹ eruditis i methaphisica seu theologia. et dū am⁹ si possum⁹ q̄ pacto q̄ ve obfuscatōis studio poterit se spūs a fantasmatibꝫ auertere dū anagogicos aut supmētales q̄rit excessus. Et fortassis hoc poterit fieri si i omni cognitōe/⁊ meditatiōe sua de deo nequaq̄ sistat hō i cognitōe. sz aspiret ꝑ vim affectiuā/q̄si cordis ore inhiāte i suā potentiā/⁊ in suā sapiētiā/in suā bonitatem saporādā ⁊ gustādā/tanq̄ ei⁹ q̄ tot⁹ est terribil' in ꝯsilijs sup filios hoīm/ꝑ maiestatē potētie dominaris iudicātis q̄. totus magn⁹ ⁊ mirabil' in sapīa cui⁹ nō est nūerus. tot⁹ deniq̄ suauis. tot⁹ desiderabilis. tot⁹ amabil' valde/in bonitate ⁊ torrēte voluptatis sue. Occurret tibi sic nitenti/sic itēto plurima turba fantasmatū. credo eq̄dem irruent importune fantasmata ⁊ irrūpent in vtrosq̄ oclos tuos iteriores. Tu ꝑo fortiter abijce seorsum ea quātū potes manu meditatiōis et velut excusso capite spūs liber euadere labora. aut tu q̄si dissimulatis eis spretis ve ꝑge q̄ ꝑgis. ⁊ ꝑ mediū agmen illō iprobū alacer erūpe. Sic te spūal' extimulet. vt queadmodū desiderat ceruus vndiq̄ canū morsibꝫ patens et supcalescēs ad gelidos tutosq̄ fontes aq̄rū. sic tu labora ꝯ impediētia fantasmata

vt possis ⁊ tu dicere tote scti p̄ū... desiderat aīa mea ad te de⁹. Sitiuit anima mea ad deū fontē viuū/q̄n veniā ⁊ apparebo añ facie dei ¶Porro aut̄ ... expurgauerit timoris lima ꝑ integerrimā ⁊ nō fictā pniam nisi mens insup elimata pcti scoria clara refulserit ꝑ reformatiōz in nouitate spūs ſm duos act⁹ hierarchicos pmos q̄ sunt purgare et illumiare/vanū prius erit tibi añ lucē surgere ad h ꝑfectionis culmen. Surgite ꝑinde post ꝗ sederitis q̄ māducatis panē doloris/... sez. sine q̄ iustificari nemo pt ante deū Improbe audet irrūpe in osculū oris si nec pedibꝫ cū lachrymis/nec manibꝫ cū ... actōne ꝑus illō clare curauerit ¶... dū cousq̄ ꝑuenerit bñ ꝯscia ... vt nec gaudia neq̄ aliō diuo vel ... vel mercenariū anxia recogitet. neq̄ p̄terea de deo ... bilētū pēset/sicut de iudice retributore vel inflictore vindicte. Sz h vnicū veniat i mentē. q: tot⁹ desiderabil' est/suauis ⁊ mitis. tot⁹ amari etiā si occiderit dignissim⁹. dū solū ita placuit amoris negociū/inolatur ad amplexus sponsi. stringe pect⁹ illud diuinū totis amicicie purissime brachiis. hec oscula ... omē sensum. vt ⁊ dicere subinde possis gratulabūda ⁊ amorosa deuotōe. dilect⁹ me⁹ mihi/et ego illi ⁊c.

Finis

Tractatus venerabilis mgr̄i Johis de Gerson de elucidatione scholastica mystice theologie sub duodecim cōsideratōibus tradit⁹.

Vobis datū est nosse mysteriū regni celoꝝ dicebat Jesus discipulis suis. Propter qð ⁊ i alio loco exultauit in spū dicēs. Cōfiteor tibi p̄r rex celi ⁊ tre. q: abscōdisti hec a sapiētibꝫ et reuelasti ea puul. Hec mysteria sunt q̄ loq̄bat aplūs ꝑfectis ⁊ in q̄bꝫ exercebat deo ... tradidit ex reuelatōe sua diuin⁹ dionysi⁹ in de mystica theologia. ⁊ de diuīs noibꝫ ꝑsertim ca. vij. vocās hāc sapiētiā irrōnalē stultā ⁊ amētē. ¶Qua sup sapīa dudū opuscula duo ... Composuerūt ⁊ alij noiatim Hugo de balma in tractatu de triplici via in deū/vbi determinat finalr et ex intētōe q̄ apex mētis fert i

deũ ꝑ amorẽ extaticum absq; ꝑuia vel ꝯco
mitante cognitõe. Et h̃ est mysticũ ꝛ abscõ
ditũ qđ nemo sapiẽtũ seculi capit. Cõsen
tire videt̃ dñs Bonauẽtura ĩ itinerario ca.
vij. ꝛ vlti. Alioquin ꝑterea nõ videt̃ possibil'
vltia industria quã notauim' ibidẽ. Spi
ritũ a fãtasmatib; auertere. qꝛ cũ necesse sit
ſm p̃hm oẽm intelligentẽ seu intellectuali
opatõe vtẽtẽ fantasmata speculari. optet si
nõ speculentur ꝙ aĩa alit' ferat̃ ĩ deũ q̃s ꝑ ĩ
telligentiã vt videt̃. ¶ Presupponẽtes igit'
oĩa q̃ diuin' Dionysi' cũ suis expositoribꝫ
sup hac theologia tradiderũt ꝛ experti sunt/
possum' ad intelligentiã dicti Hugõis đ
balma ꝯsiderare tres modos q̃bꝫ videtur
posse fieri ꝙ amor sit absq; cognitõe. vn' ẽ
de amore pure naturali. scđs de amore pu
re sup̃naturali. terci' est de amore habitua
li/vel poti' ex habitib' elicito libero ꝛ actu
ali. ¶ Est insup triplex actual' cognitio q̃n
nim sufficit ad ꝑsens. q̃dã recta. quedaꝫ re
flexa. ꝛ vtraq; pt ẽẽ vel simplex l' ꝯplexa. spe
cialis vel ꝯfusa. ¶ Quocirca notet̃ ad elu
cidatiõem pmissoꝝ numerus duodenari'
ꝯsiderationũ.

Cõsideratio prima

ſ Tat amoreꝫ naturalẽ causari sine
ꝑuia cognitõne ĩ re q̃ diligit amat
vel appetit. ¶ Patet in h̃ ꝙ in omi
re ſm Dyonisiũ inuenit' amor naturalis.
Vñ Boetius. O felix hoĩm gen' si vros
animos amor q̃ celũ regit' regat. Nõ est aũt
in celo materiali sicut nec in rebꝫ aliis aĩa ca
rentibꝫ cognitio/q̃uis põdere sui amoris
impsso ab intelligẽtia ꝑuia nõ errãte ferũt'
q̃ ferũt: mlto veri' ꝛ certi' q̃s sagitta moue
atur ad signũ ex ipetu ꝑ iacientẽ impsso.

Cõsideratio secũda

u

ſ Tat hoĩem ꝑ amorẽ naturalẽ nõ
liberũ ferri in deũ nõ ex actuali co
gnitõe que talẽ ĩ ipo causet amorẽ.
Sequitur ex ꝑsenti. nõ enĩ min' ẽ amor na
tural' in aĩa rõnali q̃s in rebꝫ ceteris aĩa ca
rentibꝫ. imo nõ stat hoĩem esse sine põdere
naturalis hui' amoris q̃ fert' ĩ deũ/etiaꝫ si
damnet' ĩ inferno. Cõsurgit exinde ꝓmis
ille seuissimus quẽ ꝯscie remorsũ appella
mus. vnde ꝟificat' de ꝑpha: Nõ ẽ pax im
piis dicit dñs. Et illđ de damnatis. ꝟmis
eoꝝ nõ morit'. Deniq; cũ peccõ nequit ppt' h̃
esse sal' ꝑfecta vel eterna. Hic amor est ad
uersari' noster ſm legẽ carnis corrupte. cui
ꝑ dilectõem liberã ꝯsentire nos ꝯuenit dũ
sumus in via/si nolum' tradi tortoribꝫ in
gehenna.

Consideratio tercia

ſ Tare nõ põt ꝙ amor etiã natural'
fiat aut maneat absq; omĩ cogniti
one ꝯiũcta vel separata. De separata q̃
dem h̃ certũ ẽ ꝙ ꝯcurrit ad quelibꝫ amorẽ
dũ ꝑducit' et ſm il' ꝓmũ cognoscens qđ ẽ
de'. Ceteꝝ potẽtia q̃libet cognoscitiua rõ
nal' nõ minus pt exui a sua cognitõe natu
rali q̃s a suo amore. Proptea manẽt semꝑ
ꝛ iungũt' in eadẽ natura cognoscẽte amor
ꝛ cognitio natural'. ¶ Utꝝ aũt possꝫ ẽẽ po
tentia cognoscitiua q̃ nõ esset quõlibꝫ ap
petitiua: puto ꝙ nõ. qꝛ nulla res pt esse q̃ nõ
appetat bonũ. est ei bonũ qđ oĩa appetũt.
¶ Vellẽt aliq̃ forrassis ecõuerso silr' dicere.
ꝙ nõ est appetit' sine cognitõe q̃licũq; licꝫ
impfecta valde/que est tanq̃s aliq̃ natural'
impssio ꝯsequẽs ad ꝓmã causam efficiẽtẽ/
explantẽ ꝛ finientẽ. ¶ Sꝫ iste mod' nõ re
cipit' ꝯmũiter. sicut nec ponit' ĩ rebꝫ ĩi cogni
tiuis delectatio đ q̃ magis videret' ... aliq̃bꝫ philosophãtiũ vtrũq; positũ videa
tur. cõformit' ad vsum cõmũem q̃ dicim'
pratũ ridere vel gaudere dũ floret ꝛ florescit
ꝛ vernat. ¶ Beat' est q̃ liberũ amorẽ suũ cõ
format isti naturali. qꝛ si duo ꝯsentiũt fiet
ipis a p̃re q̃cq̃d petierint. Quippe non pe
tent nisi deũ vel ꝯforme deo simul ꝛ nature
ꝓmitus institute.

Consideratio q̃rta

ſ Tat hoĩem ferri ĩ deũ ꝑ amorẽ li
berũ sup̃naturalꝫ infusum vel con
seruatũ. nulla in ĩpo cognitõe libe
ra ꝯcomitãte vel ꝑuia respectu illi' amoris.
¶ Cõstat enĩ ꝙ amorẽ libere elicitũ ab ho
mĩe possꝫ de' ꝯseruare destructo oĩs cogni
tõis actu. q̃ posito diligeret hõ deũ tũc in
tellectualit' nõ cognitũ/saltẽ cognitõe que
sit act' scđs elicitus. qđ dicit' ppt' ĩmedia
te notata de cognitõe pure naturali que est
ꝓm' act' essential' aĩe. imo nõ est nisi anĩa.
ꝓpter qđ ab ipa separi nõ pt ipa stante. ac
pinde noĩat' entelechia. ¶ Silr' diceretur si
de' ꝑ se imediate causaret actũ amoris libe
rũ ĩ volũtate. nõ cõcurrẽte intellectu vt in
tellect' ẽ. iuxta positiõem q̃rũdã dicẽtiũ ꝙ
act' btificos ĩ patria ꝑducit sol' de'

Consideratio quinta

x

Tat veritas eorum q tradunt de theologia mystica q consistat in amore solo. et q amor ille supnaturalis inspirat illis q concupiscunt sapiam. Spectat hoc ad potentia dei, ut ex precedenti constat. Spectat et ad ipius sapiam atq bonitatem ut apientibus os mentis inspiret spiritum amoris. neq neget mundis corde osculum postulatum. si pueniat etiam in benedictionibus dulcedinis desiderium paruulorum / q cum daniele sunt viri desideriorum. Satiet insup paruulos suos eterna sapia / ab uberibus consolationis sue / tanq pro mater. cuius ubera non sugit q non pacifice absq fictione se constituerit ut paruulum sub ea. iuxta sententia christi q filius est sponsus et sponsa pr et mater. amicus et amica. qm amor spualis sexum nescit. ¶ Pot deniq tota fere scriptura deduci ad hunc sensum. Et vero nihil ad philosophantes sup hoc assiduo p deuotis miraculo. Propterea dicitur hec sapia mystica appropriate christianorum esse / tam a dionysio q a ceteris. ¶ Et ita controuersia vel dubietas oia cessat i hac pte q illa stat apice mentis i deum ferri sine cognitione actuali p̄uia vel concomitante / sic accipiendo q cognitio non causat amorem illum supinfusum. nec oportz ut comitetur ipm distinguendo cognitionem apprehensiuam l declaratiuam ab experimentatiua affectuali

Consideratio sexta

Tat ut amore supinfusum comitetur actualis cognitio q potest indicabilit amor ille. h est q iudicat aia se amare et i deo delectari. imo et ignote ignotis p amorem iungi. Pro cuius intelligentia memoretur illud de canticis. Auerte oculos tuos a me. q ipi me auolare fecerunt. Ubi colligitur q duo sunt oculi actionales unus spectans ad cognitiua potentia. alter ad affectiuam. Ille scds pprie dr oculus amoris vel oculus sponse. De q in eisdem canticis. Uulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum. Contingit aut q dum aia fert i dilectum p oculum amoris sine tempore intelligere q d sit illd qd diligit / euolat dilectio / ac pinde dicitur euolare dilectus. Nihilominus est alit possibile q et dilectio maneat et cognitio sit talis dilectionis ad tps psistat. Alit eni non potuissz tradi vel scribi q liscumq noticia de theologia mystica. ut q illa est piunctio amorosa dilecti cum dilecto. q extugat omnem sensum. q vulnerat. q coniungit ignotis ignote / tanq in diuina caligine cum similibus multis.

Consideratio septima

Tat q amor huiusmodi supnaturalis manere absq charitate / sicut pphetia sicut fides et spes et alia carismata. Propterea talis amor non est signum infallibile gratie gratum facientis. Consonat his cois schola doctorum / q nemo scit se charitatem hre. iuxta illud. Nescit an amore an odio dignus sit. Quis isto itelligi videatur d amore pdestinationis et odio reprobationis. ¶ Ualet hec consideratio p laude charitatis. et ut q gloriatur p mysteriorum cognitionem i dno glietur. Si nouero inqt apls mysteria oia inter q est plane mystica theologia / nihil sum. Ueritas est q sicut de donis et beatitudinibus loqtur sic de sapia mystica. ¶ Loquuntur de ea aliqui doctores noiatim Hugo de balma. ptinere ad charitate Propterea dicit q hec ... excellentius donum e q sola gra gratum reddens. Nimirum quia et gra est gratificans. et sapientia saporifera et delectans.

Consideratio octaua

Tat dilectionem libera et elicita naturalis poni in apice mentis q dicitur ab aliquibus synderisis absq h q mens se actualiter iudicet aliqd diligere. Quis ista dilectio cognitionem sequitur et comitetur. ¶ Concederent ista phi naturales ac gradu ... absq miraculo sup h q de mystica theologia tradunt a catholicis. ¶ Studuimus i duobus opusculis de mystica theologia p diuersas positiones multas considerationes et industrias ista determinare velut ad communem intelligentia et phiam deducentes hanc sapiam. non q secludere vellemus diuinos et supnaturales influxus. absit hec pe ... loqui volumus phis et scholasticis theologis talia q non abhorrerent a suis traditionibus et scholis. et si effectum e / qlicumq ex pte / iudicium sit legentium. et glia deo. si pro nequaq / ignoscet tu deus et tui. ¶ Deniq tota ro considerationis presentis consistit in hoc q dicunt phi de vehementer habituatis q i suis actionibus non deliberant aut saltem ita se habent q se deliberare non indicant Agit eni ars pfecta mo nature. sic ondunt oes artifices / etiam mechanici circa exteriora laborantes textores cythariste scriptores etc. Quanto amplius h inueniri pt in actionibus in

manentibus vel intrinsecis. Nam et sepe multa cogitamus/multa diligimus sub omni facilitate quam nec cogitare nec diligere iudicamus. Precedit nihilominus et comitatur naturaliter in omni dilectione presertim elicita et meritoria/cognitio dilectionem. et si non cognitio reflexa/tamen recta. Hec est traditio omnium tam philosophorum theologorum et moralium. cum experientia dicentium pro [illegible]

Consideratio .ix.

Stat simplices idiotas per fidem spem et charitatem citius et sublimius pervenire ad theologiam mysticam. quam eruditos in theologia scholastica et discursiva. Sunt ad hoc multe rationes quas aliquas notat sanctus Tho. inquirens cur simplices sunt aliquando devotiores quam literati. Ita fides talium minus est inquieta per fantasias contrariarum opinionum/quas nec audiunt nec cogitant. Sunt insuper humiliores quibus gratiam dat deus/quam cum simplicibus sermocinatio eius [illegible] sublimium [illegible] habent aliquam curam de salute sua majorem in timore et tremore. Qualiter autem sit istis simplicibus/imo et pueris ambulandum per mystica sapientia/tetigimus in opusculo quodam de simplificatione cordis/via secunda. Dicebat unus. Ego per .xl. annos et amplius pensaui et reuersaui/multa studendo/legendo/orando/meditando in ocio tempus multo/et nihil inueni compendiosius/efficacius ve ad consecutionem theologie mystice/quam vt fiat spiritus et anima sub deo/tanquam paruulus et paruula/iuxta metaphoram ante dictam. vbi mendicitas spiritualis locum habet precipuum cum fide simplici. quod deus puer natus est nobis et paruulus datus est nobis.

Consideratio decima

Stat concordia theologorum et de theologia mystica loquentium. premissis considerationibus sicut arbitramur attentis. Cum philosophis autem fide carentibus neque esse conuentio in hac parte. Ratio quia nolunt credere vt intelligant incedentes crassa ceruice/et erecto collo/nolentes captiuare omnem intellectum neque voluntatem in [illegible] tum est quod hec est proprie propria sapientia christianorum tanquam fons signatus/cui non communicat alienus. quoniam carnalis homo non percipit ea que dei sunt. Stulticia est enim illi. unde fit ei Christus petra scandali et signum cui contradicitur. unde non intrat per ostium vt pascua inueniat. maxime quia non vult manducare panem de celo verum. nec bibere vinum germinans virgines. Per cuius tamen sacre communionis frequentationem super omnia fit homo deuotus et habilis ad theologiam mysticam. si vitam et mores huic salutifero sacro conformare non omittat/prout alibi sub consideratione multiplici notatum est.

Consideratio vndecima.

Stare nequit vt theologia mystica sit in hominis mente sine qualicunque dei cognitione. Fuerit quod diceret nihil nos [illegible] de deo [illegible] est cum ratione et auctoritate articulus presens condemnatur. Sed aliunde deducitur consideratio presens/notando quod omnis apprehensio vel motio intellectualis/sine de deo vel de aliquo dici potest cognitio. imo et visio per illum loquendi modum quo vtimur de sensibus exterioribus. vbi omnis sensatio visio nominatur. vt dicimus/vide qualiter hoc sapit. hoc olet. sonat. sit aut est. ledit. Sed materia de his sensibus in intellectu proportionabiliter exterioribus/latior est vt dissera tur per punctum. Sic enim vocant Arist. et Basilius intellectum sensum. Sic communis vsus dicit de bene iudicante. Iste bene sentit. iste clare videt in materia. Sic Greg. in omelia. Amor inquit ipse cognitio est. Et hec sic est secundum tactum/gustum/et olfactum spirituales. imo tamen potior perceptibilior et purior est cognitio/quanto intimior circa deum qualiter ipsum tangunt/gustant/et olfaciunt my[illegible] inspectores/sed factores. Ponatur exemplum par[illegible] quod plerunque nihil videt/nihil audit/aut saltem non iudicat se videre vel audire quicquam/totus in lactatione (vnde delectatio dicta est) occupatus. Tunc nihil cognoscit sub quacunque ratione reflexa etiam quod lac sit dulce vel bonum/vel ens vel non ens. sed tantummodo lactandum se vberibus imprimit. Et sit mulcebris quedam operatio experimentatiua [illegible] Felix puer ille/etiam si centum sit annorum sub sapientia matre sua. qualis erat magnificus rex ille dauid puerulus in oculis suis et virilior ceteris ante deum. Fundemus super hanc similitudinem sensuum spiritualium ad corporales similitudinem aliam per theologie mystice cognitione conuenientem. Constituamus duos homines coram oculis nostre considerationis/quorum vnus sit acutissimus in duplici sensu visus et auditus/sed habeat hebetatos penitus et obtusos tres alios sensus. quod sunt olfactus gustus et tactus. Constituatur alter qui cecus sit et surdus/sed habeat expeditos alios et viuaces/olfactum [illegible]

maiores expiri delectatōes sensuales q̄ꝫ ꝑ m⁹. Cōiecturem⁹ ex ista siliᵗudie q̄ꝑ phi vł theologi lr̄ati vigēt ī visu ꞇ auditu spūali b⁹. sꝫ euenit mł'tis q̄ꝑ trib⁹ alijs careāt sensi b⁹. vł īpeditos/vel obtusos p̄sus habent. Prouenit ecōtra ꝺ simplicib⁹ illr̄atis q̄ꝑ ve lut ceci ꞇ surdi sunt ad phie scholastice ꝑce ptōem q̄ ceterꝫ sensib⁹ vigēt ī spūaliū olfa ctu gustu ꞇ tactu. Null⁹ g̊ mirabił ista ꝯsi derans si simplices illr̄ati ceci ꞇ surdi nisi q̄ntum fides insonat/oblectanł ī deo quē desiderādo ꞇ amādo olfaciūt gustāt ꞇ am plexādo tāgūt. Habētes ꝑ vite puritatē ꞇ simplicitatē sensus istos purgatos atq̄ꝫ re formatos/dū ī alijs male viuētib⁹ penit⁹ stupidi sunt. nec ꝑcipiūt ea q̄ de diuīs sua uiter redolēt sapiūt ꞇ mulcēt. q̄uis videāt ꞇ audiāt. Exemplū sīle de canib⁹ venaticꝫ respectu nō venaticoꝝ possꝫ induci. ¶ Re ducūł insup isti q̄nq̄ꝫ sensus ad duos ocu los. q̄ sunt intellect⁹ et volūtas cognitōis scꝫ ꞇ amoris. Uisus ei et audit⁹ ꝑ approp atōem magis spectāt ad intelligentiā. cete ri tres ad affectū vł amorē.

Consideratio. xii.

Tant sił affectuał' cognitō theolo gie mystice/ ꞇ alter mod⁹ ꝯtēplati onis q̄ dicił pure ꞇ liq̄de ṽitatꝫ di uine. Sunt diuersi tractatores de vtraq̄ꝫ ꝯtēplatōe ꞇ varie q̄libet figuranł. Affectua lis ī maria sedente ꞇ ī spōsa q̄ delicijs afflu it innixa taliꝫ sup dilectū suū. Intellectuał ṽo in lia ꞇ rachel. et in spōsa ascēdēte sicut aurora luna et sol. ¶ Sed optꝫ q̄ꝑ intelligē tia ferał ī deū sine hic ꞇ nūc. h̄ est sine cōti nuo et tpe. ꞇ ita sine ꝯmixtiōe fantasmatū. Hoc ṽo tante difficultatis eē dic̄ Aug⁹. ꝯsonans platoni ꞇ seq̄cib⁹ q̄ꝑ nō nisi in ra ptu q̄dā more chorus catōis possit sincera ṽitas hec cognosci. etiam a paucis ꞇ raro. Quēadmodū nō ita senserūt de theologia mystica affectuali/q̄ eā assequibilē tradūt. ¶ Possibilitatē deniq̄ꝫ cōsideratiōis hui⁹ suadent ea q̄ in paulo facta sunt ꞇ in beatis ꝯplꝫ hunł. Sed amplior ꝑsecutio non est opusculo p̄senti necāria n̄c sue possibił bre uitati. ¶ Deniq̄ꝫ distribuit vnicuiq̄ꝫ de⁹ my steria sua put vult. qui hodierna solēnitate ascēdens in altū dedit dona hoib⁹. In cu ius cōmemoratiōe solēnitatis hec scripta sunt Lugduni ad elucidatōem scholasti cam mystice theologie ꝯsistenꝫ ī amore ꝑ Johēm de Gerson cancellariuꝫ parisieñ. Anno. M. cccc. xxiiij. prima Junij

Conscius est anim⁹ me⁹/expientia testis.
Mystica q̄ retuli dogmata vera scio
Non tn̄ idcirco scio me fore glorificandū.
Spes mea crux christi Gratia nō opera.

Carmen de purificatione sensuū interiorum

Gaudia queris
Sensibus herens
Carnis amore
Naris odora
Lingua sapora
Quinq̄ꝫ dati sunt
Quos hebetauit
Corporis humor
Fedus/et ater
Uis reparetur
Noxius humor
Prodeat extra
Medica carpent
Obijciet se
Omnia fiet
Aure melodias
Lux oculorū
Naris odorem
Suauiter ibit
Spūs vnus
Influa tanta est
Si tamen assit
Taliter acto
Carneus act⁹.

Cor tibi frustra
Infatuatis
Tactus ꞇ auris
Uis oculorum
Hi tibi sensus
Spirituales
Morbidus intro
Horridus. asper
Spurcus/amar⁹/
Contere tete/
Per vomeum
Jam minus egri
Gaudia sensus.
Tunc deus vltro
Omnibus vnus
Per saporis
Hauriet eius
Tactus in ima
Flectet vtrinq̄ꝫ
Cor q̄ꝫ deum q̄ꝫ
Uis in amore
Gratia formans
Desipit omnis
Finis

Opusculū epistolare magri Johis ꝺ Gerson cācellarij p̄isieñ. ꝺ religiōis ꝑfectōe et moderamie ad guil hermū minādi q̄ndā medicū dn̄i cardina lis Saluciaꝝ. tūc aūt monachū domus maioris carthusie.

Ratia vobis ꞇ pax ī xp̄o ih̄u. Uriq̄ꝫ dicetis mihi ꝑ siliᵗu dinē. Medice cura teipum. Itaq̄ꝫ q̄ aliū doces (ait apo stol⁹) cur teipm nō instruis? Sꝫ rn̄debit ꝑ me sapiēꝫ iussio. Honora ī q̄t medicū. Et iterꝫ. Da locū medico. Rō ē q̄ꝑ disciplina medici exaltabit caput eius. Nam que pōt in medico disciplina īueni ri melior q̄ꝫ vt relicta seculi pompa/relicta arte sua. relicto demum seipso quod maius

est tradiderit se medic⁹ noster disciplie maioris carthusie. Tal' eni tu es cui nuc ipse rescribo, q dignaris exquirere discipline doctrina ab illo q tali nunq subiacuit discipline. Nihilominus in vbo summi medici nostri dni iesu christi [illegible] petenti se tribuere. Et rursus. Aperi os tuu z ego adimplebo illud. q est magni cosilij angel⁹ vocatus admirabil'. Audebo tuis medice charissime qstiunculis q satis cocos sunt, apd egros spualem i religionu gbato laborates remedia, no dica inuenire, sed inuenta designata p doctores repetere. Comunia q de et vulgata neq ppanda subtilibus artis medicie spiritualis apicib⁹. sed tanq rudes aliqs receptas visum fuit osideratiões paucula annotare. ¶ Sunt aut tria q qrunt in forma. ¶ Primo vtru qs exercitiu orois otinuas, vel alia exercitia spualia cu affectu vtputa lachrymaru zc. senties se in viribus debilitari ppt hmoi exercitiu, z remitti in ceteris corpalibus laboribus, vtpote in cantu forti z silibus vires corpeas exigetibus sit repbesibilis? Cu tn dicit aplo. Psalla spu psalla et mente. Pensat eni de⁹ poti⁹ cor q vba. imo ppt labore cant⁹ no pot debita deuotoem habere du catat. ¶ Scdo si roe debilitatis corpis vt fortior sit ad portanda ordine sue pfessiois [illegible] scrupulo lauti⁹ viuere possit q ordo seruet, vl' ad phibendu lapsu in egritudine ad qua est dispositus. vl' dubitat incidere in futurum? ¶ Tercio si orās solitarie ex debito, vtpote horas canoice institutas, teneat vba adeo articulate pferre et explicare vt seipm audiat? Cu freqntius aut roe debilitatis aut grauedinis corpal' no sine gui labore ad plenu id qat. Corde tn dicet et formabit, aut al's eleuatoe metis affect⁹ cessabit officiu lingue licet no cordis. Det dns [illegible] scribere salubre et efficace. Et velut ab alto repetetes dicam⁹ p pma cosideratoe

Cosideratio prima

Religio christiana sub vno sup mo abbate christo, sola est salutaris et pfecta. Siqdem extra illa no stat salus neq pfecto. Docet aut sufficieter ad pfectoem puenire salutare sub ea z i ea oes recte viuetes. Vn sequtur ptin⁹ nemine iudicandu extra statu salut; aut pfectois esse q viuit sub xpiana religioe. Valet aut hec osideratio ad huilitatis osuatioem inter mebra corpis christi mystici. z vt abiecta psumptoe pharisaica z murmur [illegible] tioe mebra se inuice honore pueniat. iuxta monitoem apli. Nec aliqs in ecclia sibi ipsi de statu pfectois sup alteru maniter blandiat. vt q monachus est no monachu non spernat. neq secularis solitariu diiudicet.

Cosideratio secunda

Religio christiana qtuis vna sit, nihilomin⁹ distincta est multiplici z pulcra varietate gduu meritoru z ordinu, scdm opatione spussancti q distribuit vnicuiq put vult. que eni a deo sunt, ordinata sunt. quid aut magis pcessita deo q religio. sed q religio? Religio vtiq xpiana que est ecclia xpi sponsa. Est igit in ea ordo q describit esse pariu dispariuq; rerum sua vnicuiq tribues dispositio seu collato. Neq eni solitarioru de⁹ tm est z in coi viuentiu. sed z seculariu vtriusq sexus et cuiuscunq status. Sequit pinde roem fore inefficace dicentiu. illos sp cu reatu gndi remoueri a dno suo christo iesu qbus datur aliqn cosiliu ne votis aliqbus se subijciant vltra lege comune christi. Potest fatemur hoc male. pot et nonunq bene pie z discrete suaderi. Neq eni oes capiut vbu istud. Sed de hoc alibi. Nunc pgamus vltra q cepimus.

Cosideratio tercia.

Religio xpiana qtuis extedat se ad oes xpianu, attn approbato qda; vsu loqntiu restrigit ad religiões. quas Anselm⁹ appellat facticias q [illegible] multiplicibus modis varie sint. vniunt tn triplici voto. s. obedietie castitatis z paupertatis. In qbus stat cential' ro talis facticie religionis put alibi p doctores late z scietifice deductu e. Vn sic ecclia significat pncipalit vniuersale ogregatoem fideliu. z idé dicit Catholica. i. vniuersal'. nomen tn istud vulgaris vsus restrixit ad clez. sic in pposito de religioe [illegible] pter maiorem circa christi cosilia religatoem

Consideratio quarta

Religio facticia siue dicatur status siue ordo siue gradus in ecclesia. illa tamen non est de se status vel ordo vel gradus perfectionis exercende, sed acquirede. Alioquin male nimis esset

multis religionē pfitētibꝫ. qui imperfectos se [illegible] Ex quo fundāt ꝯīr doctores excellētiā platoꝝ sup religiosos. qꝛ stat⁹ platoꝝ est pfectōis exercēde [illegible] statum [illegible] penitētiū. De curatis vo q̄ sunt scdi ordinis succedētes discipul' sicut apostol' epi. volūt aliq̄ dicere qꝛ nō habēt statū cū nō sint iuramēto vl' voto astricti. Sed q̄cq̄d sit de hꝛ de noīe status ꝯstat curatos esse in gdu et ordie pfectōis nedū acq̄rende sed exercēde p actus hierarchicos. q̄ sūt purgare subditos illumiare ꝛ pficere/magis q̄ꝫ religiosi inq̄ntū religiosi. Qd addit q̄n aliū de pñt monachis tales hierachici act⁹ ꝯpetere/dū ipis a supiore legitime cōmittunt. Grādis est hec platorū tā maioꝝ q̄ꝫ minoꝝ pcellētia. magni q̄ꝫ meriti si sta[illegible] [illegible] sublimat' honorat.

Consideratio quīta

Religio facticia tanto debꝫ dici pfectior/q̄nto ad dilectōem dei ꝛ charitatis augmētū. primū⁹ appropīquat. Cōsistit eni in dilectōe dei ꝛ charitate religio xpiana. ꝛ ꝯm mensurā ei⁹ ē quātitas ei⁹ ī merito/ꝛ ꝯñr ī pmio. Ac pinde religiōes q̄ directe et mediūs idoneis disponūt ad ꝯtēplatiuā vitā sunt dicēde pfectiores. aut forte meli⁹ appellari pñt schole q̄dā ꝛ instra pfectiōis put loq̄t Cassianus. Nō eni videt ꝯñs/si stat⁹ aliqs sit pfectōnis acq̄rēde/qꝛ ppterea sit stat⁹ pfectōis simplicit' appellādus. Neqꝫ dicentes h̄ detrahūt religiosis. s̄ꝫ ī hūilitatis [illegible] securitate se tenēt. dū nō arrogāt sibi qd ñ sūt. addentes piculū picl'o. dū rursus non negāt posse aliqs extra statū pfectōis inueniri valde pfectos. Sicē cōtra phdolor pfectōis pfessio vl' stat⁹ mltos patit' īpfectos. Notū siq̄dem est qd Aug. se in hac re testatur inuenisse.

Consideratio sexta

Religio ꝯstituta ad vitā ꝯtēplatiuā/debet ꝯseq̄nter aptare oēs ꝯstitutōes suas ꝛ obsuatōes ad eundem finē cōmodi⁹ asseq̄ndū. Finis autē dat ꝛ imponit necessitatē mediis q̄ sūt ad finē. ꝛ ꝯm exigentiā finis deberēt cetera moderari. Inde est qꝛ rerū exitus et fines prudētia metit'. Propterea finis est causa causarum. Est insup finis principiū in moralibꝫ. sicut in speculabilibꝫ principia demōstrationū. Est rursus prima in intentione. q̄ꝫuis in executōe et assecutōne fit vltima. Est demū forma moraliū actuū/quoniā sicut forma materialis dat esse materie dispositē. Ita et finis legis q̄ est dilectio/dat formalē existentiā actibꝫ debite circūstātionatis. Circūstantie nimirū sunt tāq̄ꝫ dispositōnes qualitatiue. quibꝫ deficiētibus aut inordinatis neq̄ intentio finis informare actū vt bon⁹ moralit' dici possit. propterea rectitudo intentōnis ad finē debet sibi ꝯiūgere rectitudinē medioꝝ ad ipm finē. Ac pinde fiet totū corp⁹ opatōnū lucidū et rectū aliter nō.

Consideratio. vii.

Religio cui⁹ finis pncipaliter ē cōtēplatio. seu vite cōtemplatiue exercitiū vel acquisitio/habꝫ pp̄ambulis lectionē/oratōnem/ꝛ meditatōnem. Huiusmodi vident' esse religiōes sub regula sancti Benedicti cōstitute. celebris quoqꝫ carthusie religio/cui⁹ pfessorē respicit p̄sens verbū. Oportet hic p̄supponere multa que de vita cōtēplatiua ꝛ actiua determinata sunt p doctores. Que scꝫ ꝛ q̄les sunt. in quib⁹ consistunt. in quibꝫ differūt ꝛ cōueniūt. aut q̄liter se supponūt aut excedūt. Constat eni multas in dictis religionibꝫ exercitatōes fieri corpales ī qb⁹ nō ꝯsistit cōtēplatio. sed aut fiūt ad mortificationē viciorū/p̄sertim accidie. quoniā pessima omniū maloꝝ doctrix est ociositas iners. Aut fiūt ad cōseruatōem virtutū moraliū iam habitaꝝ. Aut fiūt tanq̄ꝫ fruct⁹ aliqui redūdātes ex radice ꝯtēplatōis. dū cōpletur illud. Memoriā abūdantie suauitatis tue eructabūt ꝛ iusticia tua exultabūt/cū filibus innumeris. In qbꝫ est grāꝝ actio ꝛ vox laudis. Aut deniqꝫ labor penitētial afflictōnis intēdit' p satisfactōe volūtaria tā ppriorū q̄ꝫ alienorū peccatorū. Et hoc valde crebrū est in ipis religionibꝫ/q̄ncta/mē sub vita contēplatiua reponunt'. q̄uis vtiqꝫ labor hmōi nō sit contemplatio sed actio. verior q̄ndoqꝫ et penalior q̄ꝫ aratio in campis vel nauigatio per maria. vel curatio egrotorū. Sed q̄n habet' tēpus ad reliquū satis ad recollectionē meditatōis/vt ipa trāseat in cōtemplatōem/denoīatio fit a digniori ꝛ pncipaliori vt tal' vita dicat'

stualis/cōtēplatiua dicat̃ potius q̃ actiua.
Pro q̃ itelligēdo clari⁹ sit seq̄ns ɔsideratō

Consideratio .viii.

R Eligio carthusieñ. nō attēdit pn-
cipaliter q̄litatē vni⁹ psone singu-
laris/sed ad se introeūtiū disposti-
ones/ɔplexiões cognitiões ⁊ affectões.
quēadmodū vt in pluribꝫ eueniūt. Cui⁹
[illegible]
dū ad finē ɔtēplatōis ɔseq̄ndū i hac vita
sed etiā ad ipi⁹ ordīs statuta capiēda p in-
tellectū ⁊ exeq̄nda p affectū. Sūt ⁊ alij q̄-
bus iā nō ē op⁹ pambulis exercitijs ɔtēs
in hac religiōe vt ad ɔtēplatōēꝫ pucbant.
qm̄ aliūde partim pprio studio ⁊ exercitō.
⁊ ptim/imo ⁊ maxime diuīo auxilio/pue-
cti sunt ad arcē ɔtemplatōis facilit̃ ascēdē-
dū. Rara hec auis in terra fatemur, nō tñ
desperandū q̄ nulla. Sunt etiā alij q̄ di-
sciplinari p obsuatōes ordinis mortificāt
vicia ⁊ naturā custodiūt. q̄ absq̄ eis viuē-
do sectant̃ dū fouere putarēt naturā vicia
nutrirēt. imo deinceps vt euenit naturā p
excessum corrūpent. Et qm̄ iueniūt̃ vt cō-
muni⁹ hoīes hui⁹ religiōis pfessiōem arri-
[illegible]
te sunt alie q̄ que solā cōtemplatōem respi-
ciunt. Qm̄ multo plꝰs sunt apti regul' hu-
[illegible] ɔtemplatōis altitudini/ pserti
[illegible] in feruore cōcupiscētiaꝝ. quibꝫ
nō edomitis cōtēplari q̄reret hō nedum i-
utiliter/nedum arrogāter. sꝫ i magnā sepe
sui pniciē. put ex vitaspatrū claret.

Cōsideratio nona

R Eligio q̄uis vna sit in ɔstitutōibꝫ
⁊ votis/debet nihilomin⁹ esse i ea
diuersitas in executōe/dū accidit
notabil' varietas in cōditōe psonaꝝ. Alio-
quin fieret cōtra dictū legis ad allegoriaꝫ
tractū. Non arabis in boue ⁊ asino. Fieret
q̄ ɔ legē charitatis fraterne/i q̄ tota lex pē-
[illegible] nō fieret alteri qd̄ rōnabi-
liter q̄reret sibi fieri casu tali. Pōt vero va-
rietas puenire circa dispositōem corpaleꝫ
[illegible] nūc citi⁹ nunc tardi⁹ absq̄ culpa
psonali. Ceteꝝ pfect⁹ spūalis i bonū ardu-
um. neq̄ ita freq̄nter euenit/aut puenies
latet siue pp̄ter illā⁹ virtutē q̄ dicit ex sentē-
tia Secretū meū mihi/secretū meū mihi.
siue pp̄ter alioꝝ animalitatē/qui nō statiꝫ
penetrāt q̄s et qualis sit hō spūalis. ⁊ q̄ lō-
[illegible]
humilitas vt aīalis hō se talē veraciter es-
se sentiat corde ⁊ pfiteat̃ ore. Null⁹ itaq̄
mirabit̃ si spūalis hō nō semp dimittitur
inter eos liberis alis euolare. neq̄ ad pe-
des iesu sedendo audire cū silentio v̄ba il-
lius. Fit potius vt sollicitudo Marthe
de ocio Marie cōqueratur. ¶ Felicē iure di-
xerimus religionē que saltē paucos ɔtem-
platōnis gratia p̄ditos sustinet ⁊ fouet/⁊
tanq̄ p̄ciosam margaritā/vt delicatuꝫ ali-
quod liliū/ vt amātissimuꝫ dñi beniamin
adolescentulū in mentis excessu colit ⁊ ho-
norat/obediēs christo spōso dicēti. Adiu-
ro vos filie hierusalē/ne suscitetis neq̄ cui-
gilare faciatis dilectā donec ipa velit. Nō
[illegible]
cōuentū assidue sequi cōpellat. Tales oli-
extitere Bern. Hugo Richard⁹ ⁊ similes
¶ At vero q̄sq̄s es aptus ad gratiā hmōi/
noli (si forte cōpellaris esse vnus ex alioꝝ
grege) cōqueri. noli p impatientiā murmu-
rare. noli tanq̄ singularis fer⁹ depascēs vi-
neam malignari. Expecta poti⁹ dñm. vi-
[illegible]
nū. Scit puidētia sua quid expedit tibi.
sine eius volūtate nec passer vnus cadit i
terrā. in cui⁹ manu sunt hominū corda cō-
[illegible] volueñt. vt imple-
at desideriū pauperū. Si vexat te vocalis
oratio cū vigilijs. si nō sapit vt cupes diui-
na dulcedo. illa tibi seruat̃ in celis. Nō va-
lis p̄mij fructuꝫ p̄cipe dum adhuc meris.
Careas iterim quotidianis (vt ita loquā-
mur) distributōibꝫ. q̄ integrā seruat dñs
tibi p̄bendā in cel. Non sp nutrit̃ fili⁹ dū
puul⁹ est de mēsa p̄ris. qm̄ tñ nōnulli ɔ ser-
uis hereditatē minime habituri paternaꝫ
vescunt̃ ipo pane filioꝝ.

Cōsideratio decīa.

R Eligio curā habet p̄cipuam de in-
firmis. Sanxerūt hoc sancti pa-
tres et addiderunt/q̄ dicenti se in-
firmū credatur. Unde sequit̃ vltra q̄ sol-
[illegible]
sertim incurabilē dilabatur. Inter omnes
autē infirmitates fugibilior/tam p psona
q̄ pro ordine est capitis insania ex euacua-
tione et vicio cerebri. ex qua pdit hō iudi-
cium ratōis. ⁊ p ɔseq̄ns q̄dammodo desi-
nit esse hō ⁊ fit miserabilior iumentis insi-
pientibꝫ opprobriū hoīm ⁊ abiectio plebꝫ.

et onerosissimū tot⁹ status sui ludibrium
aduertat hāc cāuilē mortē a seruis suis me
dicus summus dn̄s nr̄ iesus christ⁹ /sug
gerēdo media cōseruatōi cōgrua. et phibē
do notā q̄ nō semp eueniūt subito vel re
pēte sed lente et p incremēta velut impcep
tibilia ab ipso patiēte nō ab aliis sz i hmōi cā
gndi piculo si apd ochos nō pspicacēs in
talib̄ puidēdū occurreret p artē medicine ne
dū corpal' sz et spūalis obuiet. Agat itaq
spūalis hō vt oia diiudicet atq puideat
doctrine sapia que cūcta nouit anteq̄ fiāt
In q̄ qdem sapia seu puidētia vigere ma
xime maiores i ordie necesse est. Pro quo
pleni⁹ enucleādo sint adhuc decē ɔsidera
tōes q̄ sequunt. addendo denariū denario
vt sic plati videant duos denarīj ad viati
cū sauciati.

Consideratio .xi.

Eligiōis securitas et soliditas fū
r damental' /post diuinā grāz cōsi
stit in discretōe et charitate psiden
tiū q̄cūq noīe censeāt. Presidētes nanq
sunt aut eē debēt tāq̄ lex viua /moderatrix
legū mortuaꝝ. i. cōstitutōnū. Sūt dispen
satores mysterioꝝ et misteriorū dei habēs
o i derū et prudētes ad ptimā. Sut prout
Aristo. loq̄t veri epieikes. hoc ē interpta
tores legū generaliū fm applicatōnes ad
casus singlares. Quā ꝟtutē videt psalmi
sta vocasse eq̄tatē/vbi dicit alloq̄ndo deū
Oia mandata tua eq̄tas. Et ita legistarū.
imo vulgaris vsus habet dicere aliq̄d fie
ri de bona eq̄tate. Seueritas ꝟo ɔsistit in
solis generalib̄ ꝟbis legū. ppterea nomināt
hoīes hmōi nimis verbis statutorū inni
tētes/tirālos/et q̄nq inhūani tyrāni/duri et
crudeles. vtpote nō attēdentes illō etiā pu
eris inculcatū. q̄ videlicz ipe q̄z leges cu
piunt vt iure regāt. Et pmittit dogma no
stro pposito satis accōmodum. cū dicitur
Iudicē auxiliū sub iniq̄ lege rogato. Ini
quā intellige legē si ad iniq̄tatis et iniusti
cie traducat abusum. Hinc p sapietē dici
tur. Noli esse iust⁹ nimis. Rursus. Qui ni
mis emūgit elicit sanguinē. Et apd comi
cū. Summū ius est summa iniusticia.

Consideratio .xii.

Eligiōis maior q̄sq̄s ille fuerit hz
R diligēter inspicere vultū pecoꝝ sui
iuxta monita sapiētis. et put vtile
viderit sua interest cuilibet puidere. Est ita
q̄ sicut ceteroꝝ hoīm sic et religiosoꝝ varia
valde ɔditio. Nam et ipi religiosi q̄d aliud
nisi hoīes. Aliq̄bus ex eis inest feruor noui
ci⁹ et zelus vehemēs sz nō fm sciam. q̄ si di
mittāt suo cursui/ruunt tādē i aliq̄d pcipi
tiū. Q̄m zel⁹ sine discretōe pcipitat. sicut di
scretio sine zelo iacet. vt ait btūs Ber. Ta
lib̄ occurrēdū est /nec expectādū q̄ petāt
relaxatōes in ordie. sz inuiti etiā cogēdi sūt
[illegible] Quidā id pertinaciter [illegible]
peccāt q̄dem grādi inobediētia. et vix spes
de pfectu futuro de eis hri poterit. Qui p
pe q̄ iā sapiētes sunt in ocul' suis [illegible]
p seniores suos sibi vident [illegible] nec
iā se putāt esse tales q̄ cōsilio indigeāt ma
iorū. Porro taliū q̄s si [illegible] pedem
in celo (vt loq̄tur vn⁹ [illegible]
ret p alteꝝ. q̄r cū tali vno supbie pede dāp
est ipm nunq̄ totū introire celū. Testis ad
hoc tota gndis illa cōsultatio magni antho
nij /nunq̄ nimis inculcāda / de discretōne
fuāda. quā finaliter esse dixit subiectōnem
et obediētiā ad supiores. Apud q̄s valet
pl' auctoritas q̄ rōcinatio. Alioq̄n ē ꝟde
facili fingere sibi q̄ p̄i q̄libet fātastic⁹ sine nu
mero rōes. Nihil est eni inargumētabile.
Procedit nōnunq̄ vsq adeo corpis inua
litudo /cū pturbatōe cerebri. q̄d valde lesū
est rōis iudiciū. et si nō penitus ablatū in
nōnullis. de q̄b ꝟe et pie pnunciat Hie
ro. q̄ magis indigēt fomēto hypocratis q̄
nr̄is monitis. Nō eni suā miseriā cogitāt.
et hinc eo piculosi⁹ q̄ insensibili⁹ infirmāt
Culpat nihilomin⁹ idē alibi pferētes vi
gilias et ieiunia sensuū integritati. Sicut
[illegible]
[illegible]
ne ex diffidētia q̄dā sui auxiliū studeat fieri
discipul⁹ galieni. Credat poti⁹ et speret q̄
niā bona dispositio corpis donū dei est. q̄
dat illā et cōseruat q̄n vbi et quō voluerit.
Cui⁹ signū fuit i multis manifestū/q̄ cū
summa sobrietate i victu/et magna nudita
te et austeritate in vestitu/cū vigiliis supra
modū [illegible]
erūt. Cū et ediuerso dicat Hiero. antiq̄ int
tēs pūerbis. crasso vētre sensū tenuē gigni
nō posse/put nōnullos aliq̄n ī ne ciborum
abūdātia comptū ē cerebri ꝟtiginē fana
ticā irrepabiliter incurrisse.

Consideratio .xiii.

D r Eligiõis maior põt aliq̃s qui nimis habẽt verecũdie (ne dicam⁹ supbie) puenire. Verecũdia eni pserti̇z 9mm ac natal et lapbia. Pot inquã tales quãq̃ iuste puenire cũ grãs añq̃ petãt eas Põt nihilominꝰ quãq̃ ipe expectare q̄ eu̇z iterrogẽt pus ⁊ 9sulãt si rigor ordis ad tẽpus eis intolerabil videat. Judicet tunc maior ſm regulã fraterne charitatis. Non dico ſm dispositõnem ppriã corpis q̄ fortassis robusta est/sed p q̃litate 9q̃rẽtis/pcipue si viderit q̄ cũ hũilitate nõ ficta grãm petat aut 9siliũ. Eueniet aliqñ q̄ duob⁹ similia petẽtib⁹ diuersa dabit rñsa. diuersaq̄ dabit 9silia. nõ q̄ viciose varia sit vt⁹ sua i acceptõe psonaꝝ. sed q̄ prudẽter variat iudiciũ iuxta petentiũ varias 9ditões quas vtuose discernit. Nõ itaq̄ opꝫ murmurare 9 maiorẽ si nõ semp exaudierit/nec inuidere alteri q̄ exaudit ꝰ ẽ vez magꝰ expedit gaudere q̄ nociuũ qd male. i. indiscrete petitũ fuerat nõ acceptũ ẽ. ⁊ 9gaudere fratri i hũili charitate ⁊ charitatiua hũilitate. eo q̄ 9modũ accepit q̄ necessario indiguit.

Cõsideratio. xiiii.

r Eligiõis maior in d. pẽsando debet sibi duplicẽ oculuꝫ assumere. Unũ q̄ cõmũe sue religiõis bonũ Aliũ q̄ pticularẽ sui religiosi pfectuꝫ clare 9sideret. Rõ ẽ. qm̃ religio maxime 9suat i stabilitate 9stitutõnũ suaꝝ. sicut et omis policia in legũ suaꝝ firmitate. tãq̃ corpus veꝝ in soliditate neruoꝝ. Et fere nihil plus aduersum ẽ religioni q̄ variatio passim facta in cõstitutõibus/put heu exẽplo sũt religiões quas de nõ obꝯuantia seu lapsas nũcupamꝰ. Et ob qd aliũ (rogo dicat) q̄ ex dispensatõib⁹ indiscretis. nũc ⁊ antea sine lege. sine ordĩe ⁊ sine causa. saltẽ rõnabili tam multiplicat ⁊ inanit factis. vñ merito iam nõ dispẽsatões sed dissipatões censende sunt. Rursus ex opposito si seueritas ipsiꝰ maioris nulli dispẽsatõi 9descẽderit. fit apud aliq̃s subditos grñde piculũ mortis. aut morte corpali deterior dpditio irrepabilis iudicij rõis. Qd pmittere vbi occurri pt/nil aliud est plane q̄ homicidã esse. et pietatẽ religiose disciplĩne 9uertere in tyrãnicam feritatẽ. Perpẽdi ex his pt q̃nta sit necessitas apud oẽm religionẽ q̄ maior sit circũspectus nõ cecꝰ/nõ luscꝰ/nõ monoculus/nõ iprouidꝰ. ita vt vtriq̄ discrimĩ velit/nouerit ⁊ possit opem ferre aut p se/aut cũ alioꝝ (si nõ sibijpi satis cõfidat) consilio auxilio ⁊ assensu

Consideratio. xv.

r Eligiõis maior si dubitet pbabiliter de piculo psone q̃rẽtis auxiliũ agit securꝰ cõdescẽdendo interim ipius fragilitati q̄ timore relaxatõis in ordie cũ seueritate neget auxiliũ. Poterit ita q̄ facilꝰ fieri puisio circa rigorẽ ordis seruandũ in eo postmodũ ⁊ circa alios q̄ repararet ad sanitatẽ aut vitã talis egrotꝰ si lapsus est. Cõsonat cũ his piũ illd cõe dictũ. Meliꝰ est d nimia pietate q̄ de nimia seueritate redargui. Quocirca due hic aduertẽde in maiorib⁹ sunt 9ditões nõ parũ habẽtes e diuerso picli. Una ẽ debilitas corpalis. vel innata vl accidental. Altera est fortitudo virilis/q̄ tolerare valet facile grues labores. Prĩa reddit aliqñ hominẽ nimis 9passiuũ/qm̃ didicit ex his q̄ patitur cõpassiõem. Altera vo iudicãs alios ſm suas (vt aiũt) bases seu vires fit debito plꝰ rigida et austera. Uñ euenit nõnunq̄ q̄ iusto dei iudicio/vt hi tales nimis aliis duri incurrãt debilitatẽ. ⁊ si nõ sp in florida iuuẽtute/saltem in marcida senectute/p quã discũt tunc alijs oculꝰ intueri debiliũ necessitates q̄ et ante 9sueuerũt. ⁊ sic pij efficiunt tãdẽ/etiã inuiti. dicẽtes cum aplo Nõ eni audeo loqui q̄cq̄ eoꝝ q̄ p me non opat christꝰ. Cuĩ sentẽtie inherẽs q̄dã pater senior renuebat iuniores fres aliis fratrib⁹ psidere. q̄q̄ nõnũq̄ tñ iuniores vtilius q̄ nõnulli seniorũ pesse inueniãt. Sꝫ pater iste oculũ direxit in id quod 9tingit cõmunius.

Consideratio. xvi. J

r Eligiõis maior ñ in sua tãtũdem prudẽtia. verũetiã ⁊ mlto ampliꝰ de diuina grã p orõeꝫ sedulã postulata dꝫ cõfidere in dispẽsatõib⁹ exercẽdis. Ita eĩ discipulꝰ ille quẽ diligebat iesus loquitur. Quoniã vnctio eiꝰ docet de omib⁹. Nec de hoc siluit Arist. sed 9sone ait. quia virtus opat certiꝰ q̄ ars. Sic deniq̄ fiet vt meritis et pcib⁹ hũilis ⁊ pij pastoris ouiculaꝝ suaꝝ necessitatib⁹ p se puideat bonꝰ ⁊ summꝰ pastor. ⁊ ipe verꝰ celestis medicꝰ Uide nunc an nõ ita de medicis corporis suaserit sapiẽs. Ipi inquit dñm depcabũt

vt dirigat regem eoꝝ ꝛ sanitatẽ ꝓpter ꝯuer
satõem eoꝝ. Tu ṽo q̄ religiõi subiect⁹ es.
pete ꝑ nos a dño instantissime ꝯsiliũ. nõ q̄/
dem expectãs illõ ab eo imediate aut ꝑ me
diũ angeli q̄si ꝑ miraculũ tibi tradi. sed ꝑ
maiorẽ tuũ. cui⁹ os obseruare ꝯuenit tanq̄
dei loq̄ntis in eo et ꝑ eum. Sicut et ṽe cre
dendũ est. qꝛ vicari⁹ dei est. et locutõis dei
in hoc organũ nisi forte petitũ ipi⁹ ꝯsuletis
obsisterit ꝑ diffidentiã. cordis fictõez. aut
alias. ꝓut nõnunq̄ cõtigisse ꝛ ꝯtigere pos
se clar̄ est. ¶ Quãuis nũc itaq̄ possz ex ꝑdi
ctis elici dissolutio q̄sitoꝝ dubioꝝ. nihilo
min⁹ placet descẽdere adhuc parũ ꝑ ad ꝑti
cularia. Quĩ in moralib͛ ꝑticulares sermo/
nes magis erudiũt. Et fiet restrictio ad ce
lebrẽ sctãmq̄ carthusien. religiõem sub oĩ
reuerẽtia ꝛ timore nõ tã docẽtis fastu q̄ re
memorãtis pio affectu / ea q̄ q̄si in genere
p[illegible] [illegible] sunt.

Cõsideratio. xvii.

r Eligiõis Carthusien. maior põt i
casu dubij scdo ꝓpositi absq̄ vl/
lo dubitatõnis scrupulo cõcedere
lautiorẽ victũ sic ꝑclitanti ꝛ petẽti / imo ꝛ
nõ petẽti debz ingerere. Dũ cognoscit esse
talis potissime cũ possit in hac religiõe cõ
petenti⁹ seu facili⁹ idulgere magis sine no
ta singularitatis / et absq̄ murmuratõnis
occasiõe / ꝓpt̄ solitariã in cella refectõnem.
[illegible]
ꝑ p̄res diffinitores i capitulo generali eius
dẽ ordis cuidã inq̄rẽti / dũ fiebat grã gene
ral' siue illa pictãtia siue alit̄ noiet̄. Ego in/
q̄t ille sentio me nõ indigere tali grã. Nun
q̄d ergo ꝓpter ꝯsciam teneor abstinere ab
hmõi grã ꝛ eã nõ accipe. Et p̄res illi. Eti
am si tu nec ꝑuũ q̄dẽ bolũ seu morsũ acci/
pe indigeas. Nihilomin⁹ accipe grãz que
p̄stat̄ reuerẽter / ꝛ vtere cũ grãꝝ actõne. Et
certe meo iudicio prudẽtissime. vt sic i tali
f̄re singularitas vitaret̄. hũilitas ꝯuaret̄.
murmurq̄ et indigñtio ab alijs secluderet̄.

Consideratio. xviii

r Eligiõis carthusien. maior in ca/
su tercij dubij / ꝯsiliũ ꝛ licẽtiã ꝯce/
dere fas habz vt petit̄ p̄sertim in
orõib͛ nõ necessarijs ꝛ peculiarib͛. Tuti⁹
tñ est vbi nõ fit dispẽsatio / officiũ ligue ĩ
penit⁹ omittere. Quoniã illõ tenuissimuz
ꝛ faucib͛ orantis iterclusuz sufficit. nec ꝑt
not abiliter aut ꝑiculose [illegible] h[illegible]
bet in sensu suo iuxta apl'i sentẽtiã. Sũꝑ
terea q̄ tpe vocal' orõis p̄sertim laboriose
nõ studiose insistũt meditatõi / sz expediũt
orõem suã alacrit̄ cũ attentõe ꝯmũi / qua/
tin⁹ postmodũ liberiores habeãt aĩos ad
meditãdũ vel cũ silẽtio orãdũ. Docuit nõ
nullos experientia sic agere ꝯsulte / ex sue ꝯdi
tõis necessitate. eo qꝙ cũ vocis sono etiã sa
tis tenui / neq̄ant suã stabilire meditationẽ
ꝓut in casu ꝑmi nostri dubij q̄rela fit. For
tis ꝑfecto. fortis ꝛ felix videt̄ is cui a deo
donatũ ẽ sil' spũ oris / et deuotiõe mentis.
deuotõe inq̄m tali qualẽ sentiũt in silentio
ipi ꝯtemplãtes dño suo seruire. Sed rara
est valde hec grã ꝓpt̄ hũanã infirmitatẽ
partim. ꝑtiq̄ ꝓpt̄ nostꝛ torporẽ. nec q̄az
hmõi grã est ab oĩb͛ d̄ necessitate ꝛ sub ob
ligatõe req̄renda aut exigenda.

Consideratio. xix.

r Eligionis carthusien. maior f̄res
suos habz inducere / q̄tinus ẽ mi
nus ei rñdeant ꝑitatẽ de suis ꝑu
tib͛ dũ interogãt̄ / q̄ de suis vicijs ꝛ defecti
b͛. Rõ h⁹ / qm̄ ꝑiculosissime sepe sub tegum
to ꝛ velamie ṽtutũ se vicia palliãt. Expo/
suit h̄ inẽ alios / imo sup̄ alios egregi⁹ ille
moꝝ indagator. btissim⁹ papa Gregori⁹
[illegible]
cis. Uez in ꝓpo[illegible] ex[illegible] de
lachrymis d̄ q̄b͛ ꝑmũ nob obiectũ dubiũ
inq̄rebat. Itaq̄ caueas tibi q̄sq̄s i religio
ne [illegible]
mur cõuersatio / a laq̄o que venãtes abscõ
dũt demões. in oĩ q̄ cogitam⁹ / qd loq̄/
mur / qd agim⁹. Itaq̄ laq̄os ploram⁹. la/
q̄os loq̄mur. laq̄os comedim⁹ ꝛ bibim⁹.
laq̄os nectim⁹ in cunctis op̄ib͛ nr̃is. Nec
sufficit ꝯ tot laq̄os remediũ aliõ efficaciu
q̄ ex fnia dicere cũ psalmista Oculi mei sp
ad dñm qm̄ ipe euellet d̄ laq̄o pedes meos
Fuerũt locuti de lachrymaꝝ ꝯditõe mlti.
Et ferme nihil mentẽ nr̃am sic purgat illu
minat ꝛ serenat vt ꝑfũda ꝯpũctio ꝛ lachry
maꝝ inundatio. Uerũ id q̄dem si obseruat̄
illud ne q̄d nimis. Fit aũt nimĩ dũ ex his
incurrit̄ euacuatio et turbatio cerebri. dūz
p̄terea flens reddit̄ impotens ad op̄a sibi
de necessitate faciendũ incũbentia. vel ex
voto / vel ex p̄cepto vel ex supioris institu
to. Est fateor in lachrymis aliq̄d dulce et
